ſed cõſiſtit in certa forma tradita p eccliaȝ. ⁊ iſta eſt
rõ decidendi in tex. nã ea que ſunt iuriſditionis cõ
ſiſtũt in nudo exercitio ſeu volũtate iõ pñt delega-
ri cuicũqȝ. ſecus in his que ſũt ordinis. ¶ In gl. ſi.
in fi. ⁊ ex hoc ⁊ ex tex. collige papaȝ poſſe cõmittere
ſimplici ſacerdoti ptãtem recõciliandi eccliam. ⁊ vi
de qð plene no. in. c. quãto. de ꝯſue. ⁊ idẽ dicerẽ de
oibus que ſunt iuris ẽpalis ex diſpoſitione hũana
qꝛ in illis papa habet plenitudinẽ ptãtis. in. c. pro-
poſuit. de ꝓceſ. preben. ſed ea que ĩ diſpoſitõe diña
ſunt tributa certo ordini nõ pñt cõmitti illũ ordinẽ
nõ habẽti etiã p papã. vt vult glo. ſingł. in. d. c. per
uenit. ⁊ no. iſtam regulaȝ. ⁊c.

# Ecclesia.

Eccleſia etiã nõ conſe-
crata ſi polluit recon-
cilianda ẽ. h. hȝ duo dicta. ſcõm ibi ẽ tamẽ.
¶ Nota q basilica largo modo põt vocari eccleſia
vt hic. ⁊ vide qð dixi. ſ. ſuper rubrica. ¶ Et ex hoc ⁊
ex tex. infero q in materia fauorabili ⁊ priuilegiata
appellatione ecclie venit baſilica ſeu eccleſia nõ con-
ſecrata. nã ex quo eſt deputata ad diuinũ cultum ⁊
ptinus ẽ cõſecranda habet p cõſecrata in fauoreȝ
ipſius. ſicut in ſili dicit q de primo militandus ha
betur p milite. l. pe. ff. de teſt. mili. ¶ Secũdo nota
ibi ſuſpendant. ⁊ tene mẽti q in ecclia nodũ conſe-
crata licite celebrant diuina. nam hic mandat vt p
tinus recõcilietur nec officiũ diuinũ in ea ſuſpendat.
dic tñ q in ea debet celebrari cũ altari viatico qꝛ in
locis nõ cõſecratis celebrari nõ põt. de conſe. di. j.
miſſarũ. dixi ſup rubrica. ¶ Et aduerte q hic nõ fit
mentio de licentia epi. videt ergo q ex quo locus a
primordio ẽ deputat9 ad diuinas laudes nõ exiga
tur alia licentia. ¶ Itẽ no. q poſt pollutionẽ ecclie
cõtingentẽ ex ſanguinis vł ſeminis effuſione orga-
na clericoꝝ in ea ſuſpendunt. Ex quo infero q ne-
dũ miſſa ſed nullũ officiuȝ debet ibi celebrari añ re-
cõciliationẽ. An aũt de facto ibi celebrantes incur-
rant irregularitatẽ. Hoſti. ſentiebat q ſic. qꝛ ecclia
videt interdicta. ar. hic. ꝫ ꝯtrũ eſt hodie determina
tũ. ⁊ habet in. c. is qui. de ſen. excom. li. vj. nõ eſt ꝫ
eccleſia interdicta ſi organa clericorum ſũt ſuſpen-
ſa ¶ Ultimo hic querit nũquid pollutio nocturna
cõtingens in ipa eccleſia polluat eaȝ vt indigeat re-
cõciliatione. Jo. an. dicit q cõſuetudo ſatis rõnabi
lis habet q nõ licet pollutio qñqȝ cõtingat cuȝ pec-
cato ⁊ an ⁊ quando pueniat hoc ſine peccato. vide
tex. cũ glo. notabili. vj. di. teſtamentũ. Sed ego di-
co q alio reſpectu ecclia iſto caſu nõ eſt recõciliãda.
qꝛ talis pollutio cõtingit occulte. ⁊ ea q̃ occulte fiũt
nõ indigẽt recõciliatione per ea que dixi in. c. ppo
ſuiſti. ſ. eo. ⁊ declara hũc tex. per ea que dixi in. d.
c. propoſuiſti. vt eſt glo. no. in. c. vno. j. eo. li. vj.
In glo. j. in fi. nota finẽ glo. ⁊ p iura in ea allegata.
Clemens papa mãdauit denunciari excõicatos ef-
fractores cuiuſdã eccleſie nõdũ cõſecrate vbi tamẽ
celebrant diuina. ⁊ nota q ppꝛie ſacrilegiũ non cõ
mittit ibi qꝛ nõ ledit res ſacra ſed propt deputatio-
nẽ gaudet eo priuilegio quo ſacra. ¶ In glo. ij. in
fi. Hoſti. videt ſequi primã opi. ſed Jo. an. ⁊ cõiter
doc. trãſeunt cũ opi. glo. ⁊ illa videt verioꝛ p ratio-
nes glo. Itẽ ſi exigeretur pñtia epi poſſet imediate
cõſecrari ⁊ tamẽ tex. dicit q̃citius fieri põt. Iteȝ in
expectando epm poſſunt diu diuina ſuſpendi ꝯtra
mentẽ tex. ⁊. c. pe. de imu. eccle. qꝛ licet iſte loc9 non
cõſecratus gaudet eodẽ priuilegio cũ cõſecrato nõ
tamẽ ſequit q in recõciliationis actu debeat ſerua-
ri eadẽ forma. nã cũ magis delinquat in loco con-
ſecrato expedit vt maioꝛ fiat demõſtratio in actu re
cõciliationis. ar. in. c. cum illorum. de ſen. ex. ⁊ in. c
cum bone. de eta. ⁊ qualitate.

¶ De celebratione miſſarum ⁊ ſacramento eu-
chariſtie ⁊ diuinis officijs.

¶ Supra viſum eſt de conſecratione eccleſie ⁊ alta
ris. ſed quia in ecclia ꝯſecrata miſſe celebrant ⁊ alia
diuina officia dicunt iõ ſubiungit hec rubrica

# Presbyter

Cõiter non ſũ-
matur propter
multitudinẽ dictoꝝ ꝫ ſm vnum in
tellectũ poteſt ſic ſũmari. Preſbyt
tenet horis debitꝭ dicere horas ca-
nonicas pmittit tñ ſibi ex cauſa di-
cere eas vſqȝ ad veſperas incluſiue. h. d. Primo p-
cipit officiũ dici horis debitis ⁊ ex cauſa pmittit an-
ticipationẽ. ſecũdo ſpecificat cauſã quare pmittit ſi
bi anticipare. ibi deinde. tertio concludit ibi. ergo.
¶ Nota primo ibi mane. iũcto. ꝟ. ibi expleto. q ma
tutinũ debet eẽ expletũ mane ⁊ ſic ante ortuȝ ſolis.
vnde dicit Hoſti. q licet mane expleri debeat tamẽ
debet media nocte inchoari. p hoc qð ſequit ĩ tex.
media nocte. ⁊c. Ex quo ĩfero q matutinũ ẽ de vigi
lijs nocturnis nõ diurnis. ⁊ ſic illa auctoritas ſepti
es in die. pcedit in die naturali cõtinens. xxiiij. ho
ras. ⁊ qð poſtea tex. dicit de nocturnis vigilijs. ⁊c.
voluit ſpecialiter diuidere ipas horas inter diẽ ar-
tificialẽ ⁊ noctẽ. nõ aũt voluit denotare q eſſent vi-
gilie nocturne preter ſeptem horas numeratas in
tex. ⁊ ſic ĩtelligo iſtũ tex. ⁊ q ipe ſic voluerit pȝ qꝛ ma
tutinũ hic cõnumerat in ſeptenario numero qui p-
ſolui debet quolibet die ⁊ tñ matutinũ dicitur d no
cte licet expleat de mane. ¶ Sed de vno dubito ſi
matutinũ incipit media nocte nõ videt q expleat
mane qꝛ nõ ponit tantũ tempus ad dicendũ matu
tinũ niſi ſeruaret ꝯſuetudo q̃rũdã religioſoꝝ q̃ me
dia nocte incipiũt matutinũ ⁊ dicũt vſqȝ ad laudes
⁊ p9ea icipiũt laudes modicũ añ diluculũ ⁊ explent
de mane ita vt tũc ſit hora p̃me ⁊ tũc optĩe fiat qð
dicit in tex. ſed tũc nõ ſepties ſed octies pſoluũt lau
des. ⁊ facit qð no. Archi. in. c. preſbyter. xcj. di. vbi
tacite innuit q octo ſunt hore canonice ſeparando
illã auctoritatẽ media nocte. ⁊c. a ſeptẽ horis alijs
de quibus in illa alia auctoritate ſepties in die. ⁊c.
ꝫ tñ iudicio meo apte iure nõ pbat. vt. ſ. dixi. Con
tra ꝫ tamẽ facit qꝛ matutinũ eſt in prima hora diei
naturalis ⁊ tñ hic cõputat ſub illo numero ſeptena
rio qui expletur in die naturali. Ex quo neceſſario
infert q illa auctoritas media. ⁊c. cõprehendit ĩ illa
ſepties in die ſed vt dixi hic diſtinguit inter diẽ ar-
tificialẽ ⁊ noctẽ. ¶ No. ibi. penſuȝ ſeruitutis. q ſic

vaſallus tenet domino ſoluere tributū ⁊ ſeruitium ſic clericus tenet ſoluere hanc ſeruitutē deo. ſ. i dicendis horis canonicis. ⁊ expone penſū. i. quātitatem vel debitum. ⁊ idē verbū ponit. iiij. di. deniq;.

¶ Tertio nota ꝙ officiū diuinū appellat hora ⁊ etiam vigilia. ⁊ dicit hora ab oro oras. appellantur vigilie qꝛ in eis dicēdis debēt clerici vigilare ⁊ nō dormire. ¶ Quarto no. ibi infirmis viſitans. ꝙ ſacerdos parochialis nō debet exire ciuitatē qn̄ pri⁹ viſitet oēs parochianos infirmos ne quis ſine cōfeſſione ſeu euchariſtia decedat. facit de offi. archipreſby. in. c. iij. ¶ Nota ibi opus rurale. ꝙ hoc op⁹ nō eſt clericis et preſbris interdictū. ¶ Itē no. ibi ieiunijs ꝙ preſbyter parochialis tenet ſeruare ieiuniū vſq; ad horā tertiā in qua pōt miſſa celebrari ſm q̄litatem diei. Et ex hoc verbo infero ꝙ ſacerdos parochialis nō debet cā celebrationis recipe vinū purificatū niſi habeat aliū ſacerdotē qui ſit patus dicere miſſā ſupueniente neceſſitate. nā iſte tex. loquitur de ſacerdote qui prius celebrauerat vt denotat illa dictio vt iterū neceſſitatib⁹. ⁊c. ⁊ tn̄ dicit ꝙ debz eē ieiun⁹ vſq; ad horam ſtatutā ⁊ iterū ex neceſſitate celebrare poſſet. ille aūt qui recepit vinū purificatū nō dicit ieiun⁹ nec pōt ex neceſſitate iterum celebrare vt innuit iſte tex. ⁊ clarius legit ⁊ not. in. c. ex parte. ⁊. c. cōſuluiſti. j. eo. ti. ¶ Nota ibi pegrinorū ⁊ hoſpi. pulchrū dictuz ꝙ ſacerdos parochialis licite miniſtrat ſacra pegrinis ⁊ hoſpitib⁹ cōfluentib⁹ ad parochiam ſuā. ergo inferri pōt ꝙ pegrini ⁊ hoſpites nō tenent ire ad eccliam cathedralē ꝑ̄ neceſſitate ſupueniente vident eē de illa parochia ad quā ſe cōtulerunt. ⁊ facit hoc ad q̄ōnem quotidianā q̄ tractat in. c. j. de ſepul. Moritur peregrinus in parochia alicuius vtrū debeat ibi ſepeliri vel in eccleſia cathedrali ſi nō eligit ſepulturā vel ſi eligit extra parochiam ſuā vtrū debeat quarta eccleſie cathedrali an parochiali. iſte tex. facit ꝓ ecclia parochiali latius examinat hec queſtio in. d. c. j. ¶ No. ibi ſepties in die. ⁊c. ꝙ de iure diuino clericus tenet ad ſeptē horas canonicas ſed nō ſunt de iure diuino. iſte hore determinate. vnde officiū ſeu determinatio ⁊ diſtinctio officij eſt de iure poſitiuo ꝑ̄ ſepties in die laudare ē d̄ iure diuino. Ex quo infero ꝙ papa licite pōt diſpenſare circa mutationē officij ſed nō credo vt poſſit diſpenſare vt clericus nō teneat dicere aliqd̄ officium licet Lau. ⁊ Jo. de lig. aliter ſenſerint in cle. ij. eo. ti. vbi arguūt ꝙ ſicut papa ibi dat ptātem certo caſu mutandi officium ita poſſit diſpenſare vt nō teneat quis dicere officium arguendo de parte ad totū. Sed illud dictū mihi nō placet qꝛ alia ratio eſt in toto alia in parte. qꝛ de iure diuino ē ipm officiū generaliter ſumptū cōtra qd̄ papa ſine rōne nō diſpenſat. ſecus in diſtinctiōe ⁊ mutatiōe officij qꝛ illud vt dixi ē de iure humano. ꝓ h̄ qd̄ le. ⁊ no. in. c. ꝓpoſuit. de cōceſ. preben. ¶ In gl. j. in fi. no. bene glo. ⁊ refert Hoſti. ꝙ papa cardinales ⁊ alij pōtifices ꝓ pte maiori hoc obſeruant dicēdo de mane officiū vſq; ad ſextā ⁊ nonā incluſiue ꝓpter occupationes ſupuenientes poſtea. naz prima hora dici ē aptior ⁊ deuotior ideo melius eſt ꝑuenire horam q̄ȝ preueniri. ad hoc tex. cum glo. in l. ij. ff. de vb. ſig. ⁊ ꝙ hoc poſſet fieri habes no. text. hic qui etiā ex cauſa pmittit vt poſſit clericus de mane etiā veſperas dicere. Sed aduerte qꝛ tex. prima fronte videt ſibi ꝯtrarius. nā primo pmittit vt poſſit quis de mane dicere officiū vſq; ad veſperas incluſiue tn̄ poſtea videt velle cōtrariū dum dicit ita vt horis cōpetentib⁹. ⁊c. ſed ego intelligo ꝙ cleric⁹ in priuato pōt ſeruare cōſiliū hic traditū ſed i eccleſia ſua in qua ſolēt diuina officia publice dici debēt hore canonice celebrari cōpetentibus horis aut a ſe aut a ſuis ſcholaribus. ſ. cleric. ⁊ habuit iſte tex. reſpectū ad cōſuetudinē quorūdā vltramontanoꝝ qui habēt in eccleſia multos clericos ſcholares qui adiuuant eos in officijs dicendis. ⁊ refert Jo. an. hic miraculū de quodā ſancto heremita quē deficientibus alimentis angelus paſcebat ⁊ tpe vuarum portabat ſibi qn̄q; vuas bonas qn̄q; marcidas qn̄q; agreſtes. interrogatuſq; angelus ab heremita q̄ ſit tanta diuerſitatis cauſa. reſpōdit angelus ꝙ bonas portabat tpe quo dicebat officium horis cōpetentibus. agreſtes vero qn̄ anticipabat horam dicendi officiū. marcidas qn̄ differebat vltra debitaz horam ⁊ hoc ideo qꝛ heremita nō occupabat alijs exterioribus. ſed vbi ex cauſa legitima ſeu neceſſaria timet occupationē pōt licite ſeruari qd̄ h̄ dicit.

¶ In glo. ij. in fi. ſed glo. non declarat que ſit hora cōpetens ad dicendū officiū. dicūt hic doc. illam eē cōpetentē in qua credit populum acceſſuꝝ ad diuina. qd̄ no. ſi autē veriſilr credit ꝙ populus nō veniat. dixerūt quidā ꝙ clerici poſſunt dicere ad votuz ſed nō placet hoc doc. ſed dicūt ꝙ cōpetēs eſt cū hora officij reſpondet hore diei vt ſic dicat matutinū in nocte prima in diluculo ⁊ ſic de alijs horis. Et dicit Jo. an. hic ꝙ iſtaꝝ ſeptē horarū tres ſunt nocturne. ⁊ q̄ttuor diurne. nā matutinū ꝑ̄ma ⁊ ꝯpletoriuz ſūt hore nocturne. iō tex. dicit i pſal̄i de nocturnis vigilijs. ⁊c. i multi tn̄ locī cōpletoriū dicit imediate p⁹ veſperas. ⁊ hoc fuit inductū forte vt populus poſſit cōmode officijs intereſſe. ⁊ no. ꝙ quelibet hora deſignat aliquid de officio ꝑuo de cruce. ¶ In gl. in. v̄. ſuccurrere in fi. dicit Hoſti. ꝙ generalis ꝯſuetudo habet ꝙ in diebus cōmunib⁹ poſſit miſſa dici vſq; ad ſextaz. in vigilijs vſq; ad nonaz. in quattuor tpibus vſq; ad veſperas. facit qd̄ no. in. c. ſolet. de cōſe. di. j. ⁊ in. c. nō licet. xliiij. di. ¶ In glo. fi. in fi. aduerte qꝛ glo. dicit etiā alios clericos nō preſbyteros teneri ad dicendū officiū ſed nō aperit vtruz oēs teneant in quocūq; ordine ſunt cōſtituti ⁊ qd̄ ſi nō ſunt beneficiati iō aduerte. nā primo ponā duos caſus in quibus oēs cōueniunt. Primus eſt qn̄ clericus ē beneficiatus. nam ſm oēs iſte tenet dicere officiū. xcij. di. c. fi. nā propter officiū dat beneficium. c. fi. de reſcrip. li. vj. ⁊ qui altari ſeruit de altari debet viuere ita ecōtra qui viuit de altari ſeruire dz altari. in. c. cū ſm apl̄m. d̄ p̄ben. Scḋs caſus qn̄ clericus eſt in ſacris. nā cōmuniter tenet ꝙ licet nullū habeat beneficium tamen rōne ordinis tenet ad officium. vnde verbum preſbyter capitur hic large facit. c. ij. de coha. cle. ⁊ mul. vnde in ordinatiōe ad

monetur clericus ꝙ ſi fuit piger ī eundo ad eccliam ſit deinde ſollicitus. ſi fuit ſomnolētus ſit vigilās. Sed dubito in alijs duobus caſibus. Primus nūquid clericus in minoribus releueť ab officio dicēdo ſi eſt abſens ab ecclia in qua ē beneficiatus ex ꝓbabili cauſa ⁊ deſeruit eccleſie ꝑ vicarium. nā Pe. ⁊ Abb. dicūt hic ꝙ ſic. ⁊ hanc dr̄iam aſſignāt inter clericū in minoribus ⁊ cōſtitutū in ſacris. allegant. c. ꝯuenit. de appel. facit. c. cū ex eo. de elec. li. vj. ſꝫ illa iura hoc nō probant iudicio meo. nā loquunť quo ad officiandū eccliam. nam ex iuſta cauſa quis accuſať nō tamē releuať quin dicat officiū in priuato ⁊ ꝓ hoc iſte tex. nam ſacerdos hic dixit officium in priuato ⁊ per clericos ſcholares diciť in eccleſia ſed dicūt qꝛ hoc. c. loquiť in p̄ſbytero qui teneť rōne ſacri ordinis ⁊ poſſet adiuuari eoꝝ dictū hac ratione clerici in minoribus videnť teneri ad officiuꝫ rōne beneficij ſed beneficio eſt ſatiſfactuꝫ ex q̄ deſeruiť ꝑ vicariū. hanc opi. refert h̄ Jo. an. ⁊ nō reuocat nec expreſſe approbat. ⁊ idē facit Jo. de lig. in cle. j. eo. ti. Sed ipē Jo. an. in fi. iſtius. c. dicit vnū dictuꝫ ꝑ qd̄ tacite videť recedere a dicto Pe. ⁊ Abb. dicit enim libenter vidiſſe ꝙ eccleſia ſtatutum feciſſet vt clerici ſaltem in minoribus bn̄ficiati nō curati excuſarenť occaſione ſtudij ab officio dicēdo deſeruiēdo eccleſie ꝑ vicariū ⁊ dicēdo officiū beate marie virginis. ⁊ aperte videť ſentire ꝙ ceſſante ſtatuto eccleſie clericus in minoribus beneficiatus nō excuſať licꝫ deſeruiat ꝑ vicariū ⁊ ipē dicat horas beate marie virginis etiā ſi ſit abſens ex cauſa ꝓbabili vt ſtudiorū ⁊ credo ꝙ hec opi. ſit verior ⁊ tutior. nā aſſumpt⁹ eſt in ſortem dn̄i ⁊ teneť de iure diuino ſepties in die laudare deū. nec pōderat ꝓpheta ꝙ dicat in ecclia vel alibi. nā licet nō poſſit in eccleſia dicere nō debꝫ excuſari quo minus laudet deū ī priuato maxime cū viuat de patrimonio chriſti. Et eſt dubiū nūquid officiū beate marie virginis ſit in p̄cepto doc. hic nihil dicunt ſed Jo. de lig. ponit in. d. cle. j. ⁊ dicit ꝙ licet hoc iure nō ꝓbeť tn̄ hoc cōis conſuetudo habet vt cōputeť inter horas canonicas. ⁊ hoc credo eē veriſſimū. nam ordo antiqu⁹ eſt ab ecclia traditus vt etiā publice dicať in ecclia certis temporibus qd̄ nō eēt ſi nō eēt in p̄cepto. nā multa ex radice antiquoꝝ patrū ſunt in precepto que nō reperiunť ſcripta. xj. di. eccliaſticaꝝ. ⁊ i. c. cū marthe. j. e.

Secūdus caſus in quo dubito ē nunquid clerici in minorib⁹ nō beneficiati teneanť ad officium. Inno. hic generaliter loquēdo dicit ꝙ oēs clerici tenentur dicere vel audire officiū. ⁊ ſi ſunt beneficiati tenenť dicere in illa ecclia vbi habēt beneficium. xcij. di. c. ſi. Expreſſe tn̄ nō attingunt doc. hunc caſum ſ; potius ſentiunt ꝙ nō dicēdo de cōſtitutis in ſacris ⁊ de bn̄ficiatis ī minoribus. ⁊ ita habet generalis cōſuetudo que vt credo nō dicentes excuſat. ar. in. c. cū dilectus. de cōſue. Sed de mēte iuris diuini ⁊ humani credo ꝙ ſit oppoſitū. nā eoipſo ꝙ qs ꝓmoueť ad ordines aſſumiť in ſortē dn̄i ⁊ trāffert ſe in deū ⁊ in eccliam. vnde eximiť a ptāte ſeculari in. c. cū nō ab homine. de iudi. optime facit. xij. q. j. cū portio. cū. c. p̄cedenti. nam ⁊ q̄ſcꝫ clericus dꝫ viuere de patrimonio chriſti vel ſaltē epſ teneť ꝓuidere. ſ. de p̄ben. c. ij. ⁊ c. epſ. ⁊ c. ſm aplm. Sed h̄ cadit ſcd̄a qō. nunquid clericus nō dicēs officium ſine cā rōnabili teneť reſtituere fructus quos interī p̄cepit ab ecclia. Jo. cal. format hic iſtā qōnem. ⁊ cōcludit ꝙ ſic. moueť qꝛ propť nō reſidentiā clericus priuať beneficio ⁊ fructibuſ beneficij. in. c. pe. ſ. de cle. nō reſi. ſed nō dicēs officiū effectualiter nō reſidet. Itē qꝛ beneficiū dať ꝓpter officium. vt in. d. c. fi. ⁊ fortificando hoc vbicūqꝫ aliquid dať ob cauſaꝫ cā nō ſecuta illud pōt repeti. vt. ff. de cōdi. ob cām. quaſi ꝑ totū ſ; beneficiū datur ꝓpter officiū dicēdū ergo officio nō dicto fructus beneficij repeti pn̄t. ſ; hec opi. eſt nimis rigida nec eam ſequiť do. Car. dicens ꝙ iure nō probať ſed tn̄ nō rn̄det ſpecifice ad cōtrariū. ſed tenēdo opi. ꝯtrariā poſſum⁹ dicere ꝙ beneficiū nō datur ſimpliciter ꝓpter officiū ſ; etiam vt clericus aſſumpt⁹ in ſortē dn̄i viuat de patrimonio chriſti ⁊ nō mendicet. xciij. di. diaconi. ⁊ i. c. ij. de preben. Itē facit. c. ſi quis ī clero. vij. q. j. vbi clerico imponiť alia pn̄ia. Itē propter nō reſidentiaꝫ clericus priuať beneficio nō tn̄ reperim⁹ ꝙ artetur ad reſtitutionē fructuū. vnde in. c. ex pte. ď cle. nō reſi. ille nō reſidet ꝑ decēniū ⁊ tn̄ non fuit cōpulſus ad reſtitutionē fructuū. Itē occaſione tituli quē ſꝑ habet donec priueť ꝑciperet fructus ⁊ ſi non ſeruierit eccleſie dicendo officiū tn̄ ſeruit eccleſie vniūſali in ordine clericatus. ꝯtraria tn̄ opi. in foro aīe eſſet tutior. Itē h̄ poniť per Inno. qd̄ clericus diu dimiſit officiū ⁊ cōfiteť nūquid audiens cōfeſſionē dꝫ ei imponere pn̄iam ꝙ redicat oīa officia aut mutare poſſit pn̄iam. Inno. dicit hic ꝙ pōt mutare ſi vult ⁊ cōmuniter ſequūtur doc. ꝙ pōt indicere etiaꝫ illā pn̄iam. vide hic per eum ⁊ pōt defendi hoc etiam ď ſtricto iure ciuili qꝛ in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſi quis ab alio in fi. ff. de re iudi. ⁊ l. ſtipu. nō diuidū. in. ꝟ. celſus. de ver. obli. qꝛ opera vnius diei ſunt diuiſa ab alijs. l. ſi vſufructus in bienniū de vſufru. lega. l. ſi non ſortē. §. ſi libertus. de cōdi. inde. Aliā qōnem videlicet quid ď infirmo vel aliter impedito. vide hic etiā ꝑ Innoc. vtrū excuſeť ab officio dicendo propter infirmitatem. ⁊ diſtinguit ꝙ aut eſt infirmitas q̄ noceret multum ſibi propter officiū dicendū ⁊ tunc excuſať ſec⁹ ſi nō multum noceret. puta in febre quartana anti quata vel febricula.

**Quidam.** Propter miſſam ſpēalem miſſa de feria dimittenda nō eſt. h. d. primo exceſſus. ſcd̄o prouiſio. No. primo ꝙ euāgeliū in principio erat verbuꝫ nō eſt de neceſſitate dicēdū in qualibet miſſa. nam ſi hoc eēt verū nō notarenť iſti laici qui in ſingulis miſſis volebāt audire illud euāgeliū nō tn̄ per hoc putes malū eē in qualibet miſſa illud audire maxime cū hodie hoc habeat cōis cōſuetudo. ſ; damnať hec ſuſpitio qꝛ credebāt iſti ſicut dicūt q̄dā vetule ꝙ nō poterūt iſti ſine pn̄ia decedere audiendo illud euāgeliū vł q̄d ſiſe. No. ſecundo ꝙ ꝓpter miſſas peculiares nō debēt in ecclia dimitti miſſe q̄ occurrūt aut de feria aut de feſto ꝓprio. ⁊ intelligūt hoc

doc. qñ in eccl̃ia nõ ẽ niſi vnꝰ ſacerdos. ſi eñi eſſent
plures bñ poſſet vnus dicere miſſam occurrentẽ ⁊
alius ob deuotionẽ dicere miſſam peculiarem. pro
hoc videtur tex. in. c. ⁊ hoc attendenduꝫ. de conſe.
di. j. ¶ Nota ibi nõ ꝓ alia deuotione ꝙ miſſa pecu-
liaris nõ debet audiri niſi principaliter ob reueren
tiam dei ⁊ ſanctorũ nõ aũt ob aliã deuotionẽ. puta
vt habeant meliores ſegetes. Quid autẽ de ſacer-
dote qui miſſam celebrat vt deus ꝑdat aliqueꝫ. dic
ꝙ cõficit. ſed hoc cõperto debet deponi qꝛ abutitur
tanto ſacr̃o. vide glo. j. q. j. c. dictũ. q̃ ad hoc allegat
bo. tex. ¶ Nota vltimo in fi. ꝙ q̃ſqꝫ celebrando ro-
gat ꝓ viuis ⁊ defunctis. ⁊ ideo dicit tex. in fi. ꝓ ſalu
te viuorũ atqꝫ mortuorũ. ⁊ ob hoc cõiter in plura-
li dicunẗ miſſe ⁊ raro in ſingulari dicit̃ miſſa. Ex q̃
etiam collige ꝙ miſſe ꝓſunt viuis ⁊ defunctis. xiij.
q. ij. aĩe defunctoꝝ. ¶ Nota ꝙ miſſe peculiares di-
cuntur quaſi ſpãles ſiue appropriate qꝛ ſicut peculi
um appropriat̃ alicui ita tales miſſe peculiares ap-
propriant̃ ei qd̃ eſt quaſi peculiũ. ¶ In glo. j. ibi. i.
ſpẽales. vł expone peculiares. i. q̃ſi ſibi appropant.

## Conſuluiſti.

Breue eſt vel ſic. Sufficit ſacerdoti
ſemel in die celebrare. Et duos caſus exci-
pit. ſ. neceſſitatẽ ⁊ feſtũ natiuitatis. ¶ No. primo ꝙ
ſacerdos increpari non poteſt ſi quolibet die cele-
brat. Augꝰ. tñ tales nõ laudat nec vituperat. vt in
c. quotidie. de cõſe. di. ij. nã difficile eſt ꝙ quis quo-
libet die ſit ita diſpoſitus vt miſſam digne valeat ce
lebrare. nõ tñ valet ſtatutũ artans euꝫ ad quotidie
celebrandũ. vt ẽ bo. text. i. c. ſignificatũ. s̃. de p̃ben.
⁊ dic vt ibi dixi. qd̃ eſt notandũ ꝓ inſtitutionibꝰ bñ
ficiorũ. nã patronꝰ qñqꝫ facit apponi vel inſtitui vt
ꝓmotꝰ ad illud bñficiũ teneat̃ quolibet die celebra-
re. ⁊ vide latius qd̃ dixi in. d. c. ſignificatũ. ¶ In gl.
fi. ibi ſiue vtilitatis. non intelligas ꝙ ꝓ lucro ꝓprio
debeat ſacerdos celebrare iterũ ſed iſtud verbũ vti
litas eſt referendũ ad ꝑſonã tertij vt ſequit̃ in glo.
iõ dicẽs miſſam p̃ncipaliter propter intentionẽ lu-
cri tẽporalis cõmittit ſimoniã mentalẽ. vñ tenetur
agere pniam licet nõ teneat̃ reddere lucrũ ex q̃ non
interuenit pactũ expreſſum. ⁊ idẽ in canonicis qui
vadũt ad officiũ principaliter ꝓpter diſtributiões
quotidianas. de q̃ vide bo. gl. in. c. vno. de cle. non
reſi. li. vj. in fi. facit tex. c. fi. in fi. j. de ſimo. ¶ In ea.
gl. ibi aliqua magna ꝑſona. puta ep̃s ſm doc. queꝫ
nõ decet abſqꝫ miſſa celebranda vel audienda dieꝫ
ptranſire. vt in. c. fi. de p̃ui. li. vj. ⁊ idẽ dic de aliquo
magno viro. ar. in. c. j. s̃. c. Et inquãtũ gl. in fi. vide
tur velle ꝙ q̃s põt celebrare vnã miſſaꝫ de die ⁊ aliã
ꝓ defunctis videt̃ hoc ꝯ tex. nã ſolum excipit duos
caſus vt. s̃. dixi. ⁊ vide text. in. c. ſufficit. de cõſe. di.
j. q̃ ꝑmittit aliã miſſã ꝓ defunctis celebrare exiſten-
te neceſſitate. vtputa qꝛ deficit preſbyter qui debeat
aliã miſſã celebrare ⁊ in eccl̃ia ꝯſueuerũt due miſſe
celebrari. ꝓ hoc. c. cũ creatura. j. eo. ⁊ idẽ dicũt doc.
qñ parochianus infirmaret̃ qui vellet cõicari. nam
ſi euchariſtia nõ eẽt ꝯſeruata i prima miſſa licite ſa
cerdos dicit aliã dũmodo hoc faciat nõ recepto vi
no purificationis qd̃ no. nam in hoc multi errant.

ex hoc enim verbo ſumi poteſt vna regula ꝙ etiam
ꝓ cã neceſſitatꝭ nõ lꝫ ſacerdoti iterũ celebrare ſi priꝰ
recepit vinũ purificationis. Et aduerte ꝙ hoc etiaꝫ
habet locũ in feſto natiuitatis dñi. nam ſi ſacerdos
accepit vinũ purificationis nõ põt dicere ſecundaꝫ
miſſam vel tertiam. ⁊ hoc expreſſe volunt doc. in. c.
ex parte. j. eo. vbi dicit Hoſt. ꝙ vidit i hoc magnos
viros errare.

## Conſilium.

In miſſa commemo
rationis licet dicatur
ꝓpria p̃fatio nõ tñ dicit̃ hymnꝰ angelicus
nec ſymbolũ. Et in hoc errãt multi ſacerdotes q̃ cõ
muniter in miſſa cõmemorationis marie beate ma
rie virginis dicũt gloria. cõis diuiſio. ſcd̃a ibi inqui
ſitioni. ¶ Nota primo ꝙ licite miſſa dicit̃ in cõme
moratione alicuius ſancti extra feſtuꝫ ꝓprium ſꝫ in
tellige vt dictũ fuit in. c. quidã. s̃. eo. ſed hoc maxie
obſeruat̃ in eccleſijs cõuentualibꝰ ſeu collegiatꝭ in
quibus debẽt quotidie dici due miſſe. vt in. c. cum
creatura. j. eo. ¶ Nota ſecũdo ꝙ ꝓpria p̃fatio dicit̃
in miſſa cõmemorationis ⁊ ſũt tm̃ decẽ p̃fationes i
ſtitute ꝑ eccl̃iaꝫ. nouẽ habent̃ in. c. inuenimꝰ. de cõ
ſe. di. j. decimã habes in. c. ſanctorũ. lxx. di. vñ ſi re
periunt̃ alie extra illas ſunt delende. qꝛ ab eccleſia
nõ ſunt inuente nec approbate. ¶ In gl. fi. in fi. vel
dic ſm Hoſti. ꝙ iſte hymnꝰ ponit̃ in laudes matuti
ni de domino noſtro in quibus de cõmendabili de
uotione dicit̃ Te deũ laudamus.

## Ex parte.

Breue eſt ⁊ ſm Hoſti. de
terminant̃ quattuor que
ſtiones. nã primo q̃rebat̃ an ſacerdos poſt
ſacr̃a ſumpta ꝑfundere debeat manus. ſcd̃o cum q̃
liquore. tertio vtrũ illã ꝑfuſioneꝫ debeat ſacerdos
ſumere. quarto an pꝰ illã ſumptã debeat ſeu poſſit
iterũ celebrare ⁊ in effectu rñdet hic papa ad oĩs
q̃ões. nã dꝫ manꝰ primo ꝑfundere cũ vino ⁊ vinũ
ꝑfuſionis ſumere niſi ſit celebraturus aliã miſſam.
⁊ poſt ꝑfuſionẽ ſumptã nõ põt aliã celebrare. ⁊ itel-
lige vt dixi in. c. cõſuluiſti. s̃. eo. nã h̃ ꝓcedit tam in
feſto natiuitatis dñi q̃ʒ alia neceſſitate ⁊ ex h̃ decla-
ratur iſte tex. ¶ Et primo no. ꝙ ꝑfuſio poſt ſumpta
ſacr̃a dꝫ fieri cũ vino ⁊ h̃ facit ad q̃onem nunq̃d nõ
bibens vinũ poſſit ꝓmoueri ad ſacerdotiũ. ⁊ ꝯclu-
ſio eſt ꝙ nõ. ⁊ vide glo. ij. q. vij. ipi apl̃i. ⁊ credo ꝙ ſi
ſufficeret ꝙ ille polliceret̃ ſe ſumpturũ ſacr̃m qꝛ ex q̃
ſolet naturalit̃ abhorrere vinũ poſſet emittere ſeu
euomere ſacr̃m ſumptũ. ar. in. c. ſi quis ꝑ negligen
tiam. cũ. c. ſe. de ꝯſe. di. j. ¶ Nota ꝙ ꝑ aſſumptiõeꝫ
vini quis deſinit eẽ ieiunus. ⁊ hoc intelligo in reue
rentiam tanti ſacramẽti. naꝫ ieiuniũ abſtinẽtie nõ
rumpit̃ per potũ ante vel poſt cibũ ſumptũ vel per
aſſumptionẽ medicine. vt no. Inn. j. d̃ obſer. ieiu.
ſuꝑ rubrica. ¶ In gl. fi. ibi euacuat̃. ſꝫ clarꝰ h̃ habe
tur. j. c. px. §. cõſuluiſti. ¶ In ea. gl. ibi ſꝫ magis affir-
matiue. no. ex h̃ iuncto tex. ꝙ aduerbiũ forte nõ ſp
ponit̃ dubitatiue ſꝫ qñqꝫ affirmatiue. vel dic ꝗ clarꝰ
ſm Hoſti. ꝙ illa dictio forte nõ refert̃ ad v̾bũ impe-
diret ſꝫ ad v̾bũ reciperet ⁊ ẽ ſenſus ꝙ ſi forte accipe-
ret vinũ ꝑfuſionis forte ꝑ obliuionẽ vel qꝛ non cre-
debat ſe celebraturꝫ denuo impediret̃. ¶ In ea. gl.

ibi. anteꝙ cibus digeſtus ſit. No. glo. ꝙ quis dicitur ie
iunus poſt digeſtũ cibũ. idõ neceſſario non requiritur
dormitio. põt ergo ſacerdos celebrare de mane licet no
cte pcedenti poſt cenã non dormiuerit dũmodo di
geſtio ſit pfecta. vt no. in. c. ſi cõſtiterit. j. de accuſa.
vbi per doc. vide bo. tex. cũ glo. de cõſe. di. j. ſacra.
Et aduerte quẽadmodũ ob reuerentiã ſacramenti
ſacerdos debet eẽ ieiunus qñ ſacramẽtũ ſumit ita poſt ſũ-
ptum ſacramentũ debet ſtare ieiunus eadẽ rõne ne cibus
naturalis ſm opi. quorundã admiſceatur ſacris. ⁊ idõ
dicit tex. multũ notabiliter in. c. tribus. de cõſe. di. ij. ꝙ
ſiquis ſumpſit corpus chriſti de mane debet differre cibuꝫ
materialẽ vſqꝫ ad ſextã. ⁊ ſi ſumpſerit in tertijs de-
bet differri vſqꝫ ad veſperas licet nõ obſeruetur ⁊ male.
nã opinio videtur magis cõis ꝙ corpus xpi ⁊ ſanguis
tã diu durant ꝙ diu durant accidẽtia panis ⁊ vini
⁊ ſic oportet differre per tantũ tempus quo veriſi-
militer illa accidentia ⁊ ꝑ cõſequẽs corpus chriſti nõ
ſit amplius in corpore recipientis. fuit tamẽ opi. q-
rundã ꝙ imediate quo premitur dentibus deſinit ibi
eẽ corpus xpi q tñ opi. nõ tenetur. facit. c. ſi qs ꝑ ebrieta
tem. de cõſe. di. j. Et in fi. glo. no. ꝙ de ſubſtantia ſa
cramenti nõ eſt vt ſacerdos ſit ieiunus ſed ad decẽ-
tiam ⁊ reuerentiã ſacramenti. nam ⁊ xps inſtituit
hoc ſacrm nõ ieiunus ſed poſt cenã. ⁊ vide rõnẽ quare in
c. liquido. de cõſe. di. ij. vñ ſacerdos ꝯficiendo põt
puari bñficio. vt i. c. ſi ꝯſtiterit prius allegato.

**C Cum marthe.** Siqua vba ſũt in canone miſſe
que ab euãgeliſtis dicta nõ fuerũt credere
debemus ꝙ a xpo apli ⁊ ab aplis eorũ ſucceſſores
acceperũt. h. d. vſqꝫ ad. §. queſiuiſti. ⁊ ille. §. h. d.
In ſacramẽto altaris aqua cum vino tranſubſtan-
tiatur in ſanguinẽ. h. d. ſcdo vſqꝫ ad. §. tertiũ ⁊ ille
. §. vſqꝫ ad finẽ hoc intendit. Oratio q dicitur in ſecre-
to in feſto ſancti leonis imutata eſt qr vbi dicebatur
annue nobis domine vt aie famuli tui leonis hec ꝓ-
ſit oblatio. hodie dicitur vt interceſſione beati leonis
hec nobis ꝓſit oblatio. ⁊ hec mutatio ꝯtingit quia
ſancti noſtris orationibus nõ indigent ſed nos ſuis
⁊ tres ſunt ptes ſicut tria ſunt dicta que patent ꝑ. §.
No. primo ibi in canone miſſe. ꝙ nõ qcquid dici
tur in ſecreto miſſe dicitur canon ſed tñ illa verba qui-
bus tranſubſtãtiatio fit. hinc dicit hoſti. quidã ſim
plices ſacerdotes appellãt canonẽ qcqd dicitur i ſecre
to. Et ſcias ꝙ ſunt pauca vba in quibus fit tranſub-
ſtantiatio in corpus ⁊ ſanguinem xpi. ⁊ ſtatim illis
verbis ꝓlatis ⁊ nõ ante ẽ ibi corpus xpi nec ſanguis.
ea vero que pcedunt in miſſa ⁊ ſequũtur non ſunt
de ſubſtantia cõſecrationis ſed ſacerdos orat ꝓ po
pulo ⁊ refert gratias deo ⁊ ſimilia. de quo vide bo
nũ tex. de cõſe. di. ij. panis. No. ſcdo ꝙ ſi aliter re-
periatur ſcriptum in exemplato ꝙ in originali con
tineatur preſumitur exemplar falſum niſi probetur
ꝙ additio fuit facta per habẽtẽ poteſtatẽ ita argue
batur hic. nam dicta euangeliſtaruꝫ ſunt quaſi ori-
ginalia eorum que chriſtus dixit ⁊ fecit. vnde vide-
batur ꝙ libri aliquãdo aliud cõtinentes eſſent falſi
ſed tolerantur ex rõnibus hic poſitis in tex. facit ad hoc
c. quoniã contra. de proba. Nota tertio ꝙ euan
geliſte ſupplent ſe ad inuiceꝫ. facit pro teſtibus vt ſi
vnus plus dicat ꝙ alter nõ reddantur falſi qr potuit
vnus plus ꝑcipere ꝙ alter ſed potius minus dicẽs
debet ſuppleri ꝑ alios. qd ſentit Inno. in. c. qualiter ⁊
quãdo. de accu. el. ij. dũmodo nõ ſint in aperta con
trarietate. vt in. c. licet. de ꝓba. No. quarto ⁊ te-
ne menti illud dictum. beatius eſt magis dare. ⁊c.
⁊ declara vt dixi. c. j. de dona. Nota quinto ibi.
ſane. modũ ſoluendi qõnem ſcꝫ dando inſtantiam
nam papa ꝓbando ꝙ nõ oĩa geſta ⁊ verba xpi fue-
runt ſcripta ꝑ euangeliſtas dat inſtantiam vnã de
verbis aliam de factis. ⁊ ſic no. ꝙ ſufficit dare vnã
inſtantiam. Itẽ nota ꝙ teſtamẽtũ nõ eſt firmum
in vita teſtatoris nã poteſt ad libitũ mutari ſed ſola
morte cõfirmatur ad hoc allegatur iſte tex. No. ꝙ in
ſacramẽto altaris ẽ figura ſacramenti myſteriuꝫ et
veritas. ⁊ tria ſunt ibi principaliter. ſ. forma panis et
vini. veritas ſanguinis ⁊ carnis. virtus vnitatis et
charitatis. ⁊ ꝓſequere vt in littera habetur. ⁊ vide ſiſte
in circulo poſito ad tabernã. naꝫ circulus deſignat
duo ⁊ nõ eſt ſignatũ. nã deſignat tabernã. Item ꝙ
ibi vendatur vinũ ⁊ ꝙ ibi ſit vinũ venale. vinũ ve-
ro ẽ tm̃ ſignatũ ⁊ nõ ſignũ qr deſignatur ꝑ circuluꝫ ⁊
tabernã. ita in corpe xpi. nã ſpẽs panis ⁊ vini ẽ tm̃
ſacrm. nã deſignat duo. ſ. veritatẽ carnis ⁊ ſangui
nis xpi ⁊ vnitatẽ inter xpm ⁊ eccliam. ſcdm. ſ. veritas
carnis ⁊ ſanguinis deſignatur ⁊ deſignat. nã deſignatur
ꝑ ſpẽm panis ⁊ vini ⁊ deſignat vnitatẽ que ẽ inter
xpm ⁊ eccliam. ⁊ ſic ẽ ſacrm vnũ. ſ. vnitatis ⁊ res al-
terius. ſ. ſpeciei panis ⁊ vini. tertium. ſ. vnitas deſi
gnatur ⁊ nil deſignat. nã deſignatur ꝑ ſpẽm panis ⁊ vi
ni ſanguis ⁊ corpus xpi ⁊ ſic ẽ res gemini ſacramẽ-
ti. Nota in fi. huius principij ꝓſumendũ pro his
quibus eccleſia vſa eſt ab antiquo ꝙ que ab aplis ⁊
alijs ſanctis viris fuerint inſtituta ⁊ ideo debent eẽ
in tanta reuerentia ſicut ea q ſcripta ſunt. vide bo.
tex. in. c. eccleſiaſticarum. xj. di. Nota in. §. que-
ſiuiſti. ꝙ ex tribus opinio. que erant inter ſcholaſti
cos de aqua poſita i calice approbatur hic illa ꝙ aq
non remaneat aqua nec principaliter tranſubſtan
tiatur in ſanguinem ſed cum vino tranſeat in ſan-
guinem. Et ſolet iſte tex. allegari ad ꝓbandum dif-
ferentiam eſſe an aliqua copulentur per copulam.
⁊ an per copulam cum. nam copula ⁊ facit copula-
tum venire principaliter non acceſſorie. ſed copula
cum facit venire copulatum acceſſorie. ⁊ ideo tex.
notabilis in. l. ſi cui fundum. ff. de fun. inſtru. ⁊ in-
ſti. de lega. dicit ꝙ ſi teſtator legauit fundũ cum in-
ſtrumento ⁊ poſtea vendidit fundum non valebat
legatum de inſtrumento quia veniebat acceſſorie
ad fundum. vnde ſublato fundo tollitur tacite in-
mentum. ſecus ſi legaſſet fundum ⁊ inſtrumentuꝫ
quia tunc vendito fundo remanet legatũ in inſtru
mento. quia ſunt duo legata principalia. vnõ vno
adempto remanet reliquũ ſed primo caſu erat vnuꝫ
legatũ. Et inducit Jo. an. hoc ad qõnem. papa man-
dat vt ꝓuideatur titio de dignitate cũ canonicatu ⁊ ꝑ
hẽda vacat canonicatus ſine dignitate nunqd de-
beat ſibi ꝯferri. ⁊ videtur ꝙ nõ ꝑ ſupradicta qr dictio
cũ facit canonicatũ venire acceſſorie ad dignitatẽ hoc

Friū ſpē tenet. nā ſciendū vt voluñt canoniſte cōiter
⁊ legiſte ꝙ qñcꝫ dictio cū ponit̄ int̄ ea de q̄ꝝ natura
eſt vt vnū poſſit accedere ad aliud. ⁊ hoc caſu pro
cedit illa differentia quā dixi inter cū et ⁊. qñcꝫ po-
nit̄ inter ea de quoꝝ natura eſt vt vnū non accedat
ad reliquū ⁊ tunc nō eſt differentia an ꝯiungant̄ ꝑ
dictionē cū an ꝑ dictionē ⁊. nam veniūt ambo eque
principaliter. exemplū lego titio. x. cū ſempronio.
idē ē ac ſi dixiſſet lego titio ⁊ ſempronio q꞉ vnus ho
mo nō accedit alteri. ⁊ ſic intelligit̄ tex. in. l. titie. in
.§. nihil. vbi per Bar. ff. de lega. j. ⁊ in. l. illi cū illo.
ff. de vſufru. leg. Ad ꝓpoſitū ergo cū canonic⁹ nō
accedit ad dignitatē ex natura ſed per ſe ſtat nō eſt
dfia an mandet̄ ꝓuideri de dignitate cū canonica-
tu vel de dignitate ⁊ canonicatu. ⁊ vide tex. in. c. ſe-
pe. de p̄bē. li. vj. ⁊ hec notabis. ¶ No. ꝙ vinū ad
mixtū ſanguini poſt cōſecrationē nō tranſit in ſan-
guinē nec madidat. i. balneat ſanguinē. ⁊ eſt rō. q꞉
vt cōiter dicunt hic doc. ⁊ eſt cōis opi. theologorū.
ſanguis nō eſt in calice ꝑ effuſionem ſed ꝑ glorifica-
tionem corporis. vñ in calice ē integrū corpus xpi
ſicut in euchariſtia. nā cū xps ſit ibi viuus nec ē cor
pus hoīs viui ſine aīa ⁊ ſanguine. necꝫ eſt ſanguis
hoīs viui ſine corpore ⁊ aīa. vñ quēadmodū ſi pro
ijceres aquā ſuꝑ hoīem nō balneat̄ ſanguis vena-
rū. ita vinū ⁊ aqua appoſitū poſt cōſecrationē non
madidat ſanguinē chriſti. Sed diceres tu ex q̄ in ho
ſtia eſt totū corpus xpi ⁊ in calice eſt integrū corpus
xpi quare eccleſia vtit̄ ſuꝑflue altero ſacramēto. Re
ſpondet̄ ꝙ propter tria. Primo ad repñtandum
chriſti paſſionē de cuius corpore exiuit ſanguis. iō
vinum tranſubſtantiat̄ in ſanguinē principalit̄. vñ
ex vi ſacramēti ſanguis p̄ncipaliter eſt in calice ſed
ex cōcomitantia neceſſario ē ibi corpus cū aīa. i eu-
chariſtia vero ex vi ſacramēti ē ibi corpus p̄ncipali
liter ſed ex mera cōcomitātia ē ibi ſanguis cuꝫ aīa.
¶ Secūdo fit q꞉ magis conuenit huiuſmodi ſacꝭo
vt corpus det̄ in cibū ⁊ ſanguis in potū. ¶ Tertio
ꝓpter effectū. naꝫ corpus p̄ncipaliter dat̄ ꝓ ſalute
corporis. ⁊ ſanguis ꝓ ſalute aīe. de quo vide latius
ꝑ beatū Thomā in tertia pte ſūme in. q. lxxv. arti. ij
Et intellige p̄dicta qñ apponit̄ ita modica quātitas
liquoris alterius ꝙ aſſumit ſaporē accidentiū q̄ ſūt
in calice. nam ſi apponeret̄ vinuꝫ vel aqua vel alius
liquor in tanta quātitate q꞉ abſorberet accidentia
prioris vini deſinit ibi eē ſanguis chriſti q꞉ ſanguis
nō durat niſi durantibus accidentibus prioris vi-
ni. ⁊ hoc voluit in ſumma Jo. an. ſed latius hic pro
ſequit̄ hoc ⁊ videt̄ quaſi opi. theologoꝝ. facit qđ di
xi in. c. p̄cedenti. Et ex his potes ſumere rōnē qua
re cōmunicantib⁹ dat̄ tm̄ euchariſtia ⁊ nō ſanguis
q꞉ recipiendo euchariſtiaꝫ recipit corpus ⁊ ſangui-
nem. nec eſt neceſſe vt iteꝝ recipiat ſanguinē. q꞉ vt
dixi cū ſanguine eſt integruꝫ corpus ſed ſacerdos
vtit̄ his duob⁹ ſacr̄is ad repñtandū paſſionē xpi
vt dixi. dicūt tm̄ doc. ſ. c. pxi. ⁊ ſentiūt hic ꝙ nō ma-
lū eēt ſi cōicans etiā ſumeret de ſanguine. ⁊ dicit̄ ꝙ
iſti cartuſienſes apponunt modicū de vino in calice
poſt ꝯſecrationē vt ſufficiat oībus fratribus qui de
bent cōicare. ſꝫ intellige vt dixi vt ponat̄ in tam mo
dica quātitate ꝙ abſorbeat̄ ab accidentib⁹ prioris
vini alś deſineret ibi eē ſanguis. vt. ſ. dixi. ¶ No.
ibi cedit natura miraculo. ꝙ illud ꝓprie eſt miracu-
lum qđ cōtingit cōtra naturam. nam ſi naturaliter
poſſet illud cōtingere nō eſſet miraculum. ⁊ q̄ ſint
neceſſaria ad eſſe miraculi. vide bo. gl. in. c. j. de re-
li. ⁊ vene. ſanctorū. li. vj. ⁊ iſtud de quo in tex. ē ma-
ius miraculū q̄ꝫ ſit in corpore chriſti nec poteſt dari
aliqua ſimilitudo ꝙ mutet̄ ſubiectuꝫ remanentib⁹
prioribus accidentib⁹. Sūt etiā multa alia miracu-
la in corpore chriſti. de quo hic ꝑ Jo. an. ⁊ licet non
poſſit reddi rō ſimilitudinis tm̄ nobis deſeruiunt.
nam ſicut cibus ⁊ potus cōuertunt̄ mediante natu
ra in carnem humanā ita panis tranſubſtantiatur
in carnē ſeu in corpus chriſti. nam ſi primū opatur
natura fortius ſcđm poteſt opari ipſe deus qui eſt
ſupra naturam ⁊ ita de ſimilib⁹. ¶ No. in .§. tertio
ꝙ omnes ſancti ſunt pfecte beati ⁊ ꝙ oīa ſuccedunt
eis ad votum. ¶ Nota ꝙ oratio non debet eē indi
ſcreta ⁊ ſi aliqđ indiſcretū reperiat̄ inter mores an-
tiquos debet illud mutari ſicut cōtingit in illa ora-
tione beati leonis. ¶ Nota ſm̄ vnā lec. que hic non
reprobat̄ ꝙ gloria ſanctorū pōt augmētari vſqꝫ ad
diē iudicij. ¶ Nota ꝙ ſuffragia facta ꝓ ſanctis pro
ſunt quo ad tria. Primo vt magis glorificent̄ a fide-
libus in terris. Secūdo vt apud deum augmentet̄
gloria ſm̄ illam opi. p̄dictam. Tertio vt ſint actiones
gratiarum. ¶ Nota vltimo quattuor ſpecies defū
ctorum. quidam ſunt valde boni vt illi qui deceſſe-
runt ſine aliquo peccato mortali ⁊ veniali. Alij ſūt
valde mali vt hi qui deceſſerūt cum multis peccatꝭ
mortalibus. Alij ſunt mediocriter boni vt hi q̄ de-
ceſſerunt cū peccato veniali ſine mortalibus. nam
debent hec peccata prius purgari in purgatorio.
xxv. di. qualis. Alij dicunt̄ mediocriter mali. ⁊ de
his eſt dubium. nam quidā dicunt ꝙ nō eſt ſpecies
diſtincta ꝑ ſe. ⁊ qđ ideꝫ ſunt mediocriter boni ⁊ me-
diocriter mali. Unde Aug. ponit tres ſpecies tm̄.
vt in. c. tp̄s. xiij. q. ij. ſꝫ multi theologi tenēt ꝙ ſūt q̄t
tuor ſpecies. ⁊ ita tenet papa hic ⁊ gl. in. d. c. tēpus
xiij. q. ij. ⁊ ſunt opi. plurime de quibus hic in gl. ſ.
¶ In gl. in ver. in veritate. hec glo. vt vides ponit
tres opi. in corpe xpi. ⁊ licet eccl̄ia apte nō reprobat
aliquā iſtarū tm̄ cōiter tenet̄ ⁊ cōueniūt catholici in
primam ⁊ ſecundam opinionē. intelligendo p̄maꝫ
ꝙ panis fit corpus chriſti per tranſubſtantiationeꝫ
ꝙ panis efficitur corpus. quia panis nūqꝫ fuit nec
eſt nec erit corpus chriſti. ſed intellige ꝙ reſoluatur
illa materia vel annihiletur vel ꝙ contingat ꝑ tran-
ſubſtantiationē. Et beatus Thomas vbi ſupra ab-
horret iſtam tertiam opinionē poſitā in gl. que ha-
bet ꝙ ſubſtātia panis ⁊ vini remaneat. nam hoc eſt
cōtra reuerentiam tanti ſacramenti. Itē ꝯtingeret
ꝙ nos veneraremur panē quē ſacerdos ſumēdo de
ſineret eē ieiunus cum ſimul comederet panem et
corpus chriſti. contra. c. ex parte. ſ. e. ⁊. c. j. Tertio
⁊ magis ſubtiliter id qđ pri⁹ nō erat in loco nō pōt
eē in loco niſi altero de duob⁹ modis. aut ꝑ motuꝫ
localem q꞉ mouet̄ de loco ad locū. aut ꝑ modū con
uerſionis ſeu tranſubſtantiationis ſicut ignis non

poteſt eē in domo niſi aut ibi portet aut ibi fiat. ſed
corpus xpi nō eſt ibi ꝑ motū localem qꝛ ſequeretur ꝙ
deſcenderet de celo ⁊ veniret ad euchariſtiam. ⁊ ex
hoc ſequeretur ꝙ nō poſſet eē eodē momento in mul
tis locis. qꝛ nō poſſet per motū localē eē in varijs
locis ⁊ tamē ꝑ totū mundū eadē hora corpus chri-
ſti cōficitur. ergo oportet dicere ꝙ ſit ibi ꝑ modum
tranſubſtātiationis ſeu cōuerſionis. ⁊ ſic oportꝫ ne
ceſſario dicere ꝙ materia panis ⁊ vini deficiat. ⁊ ꝙ
ibi ſit corpus xpi dūtaxat. ⁊ nota bene hanc rōnem
⁊ iſtud eſt vnū aliud miraculū ꝙ idē corpus chriſti
ſit in diuerſis locis. ſicut i cāpana que cum habet ſo-
num auditur in varijs locis. ¶ In glo. ſi. que ē in
ver. inueſtiget in ſi. no. hanc glo. que quotidie alle
gatur ⁊ ſimilē glo. habes etiā in decretis. xiij. q. ij. tps.
⁊ in effectu hec glo. ⁊ illa cōcludunt ꝙ mediocriter
boni ſunt ſpēs diſtincte a mediocriter malis. vnde
ſm glo. mediocriter mali dicuntur dānati qui deceſſe
runt in quibuſdā peccatis leuib⁹. mediocriter bo-
ni ſunt exiſtentes in purgatorio q deceſſerunt i ve
nialibus. Et inquātum iſte tex. dicit ꝙ pro medio-
criter malis ſuffragia viuorū ſunt ꝓpitiationes. in
telligūt glo. ꝑdicte ꝙ ꝑ hec ſuffragia viuorū mitiga
tur pena nō autē in totum tollitur. vñ ſcdm ſuffragiū
tollit tantā penam quātā abſtulit primū nō in quā-
titate ſed in portione. ⁊ pone exemplū fingendo ꝙ
pena defuncti aſcendit ad. xx. primū ſuffragiū fuit
tante potentie ꝙ abſtulit decimā partem pene. ⁊ ſic
duo. ſcdm ſuffragiū aufert decimā partem reſidui
nō totius pene. ⁊ ſic aufert decimā ptem ex. xviij. ⁊
hoc dixerūt glo. vt euitaretur ꝯtrariū ne ꝑ multa ſuf-
fragia poſſit quis liberari ab inferno vbi nulla ē re
demptio. Alij extra glo. voluerūt ꝙ ſuffragia non
ꝓſunt dānatis in inferno q ad hoc vt tollatur quanti
tas pene ſed vt leuius portetur pena ſicut ſi famelicum
portantem trabem reficeres. nā pondus non alle-
uiatur in quātitate ſed leuius portatur. Alij aliter dixerunt
ſed Jo. cal. hic. ⁊ Archi. in. d. c. tēp⁹. ⁊ Aug⁹. ⁊ mgr
ſniarum li. iiij. di. xlvij. vbi ipſi referūt teneri cōtra
riū aſſerentes ꝙ dānatis in inferno nō proſunt aliq
ſuffragia qꝛ ex quo deceſſerunt extra charitatē nō
poſſunt eē participes bonorū eccleſie. ⁊ ꝓ hoc facit
bo. tex. xxv. di. §. alīs ea demū. vbi dicitur ꝙ dānatus
ꝓ peccato mortali flamine ꝑpetuo cruciabitur. ⁊ idē
de pe. di. ij. c. ſi. Itē. c. ꝓ obeuntib⁹. xiij. q. ij. indiſti
cte dicit ꝙ ꝓ decedentib⁹ in pctō mortali nō ē oran-
dū nec diſtinguit inter grauia ⁊ leuia. Itē motiuū
glo. nō videtur rōnabile. cū eni ſcdꝫ ſuffragiū ſit eiuſ-
dem qualitatis ⁊ quātitatis vt primū nō apparet rō
quare nō debeat tollere tantā penam etiā in quan-
titate quantā abſtulit primū. ar. huius dicti genera
lis par in parem nō habet imperiū. in. c. innotuit.
de elec. ⁊ ſic dānatus poſſet liberari ab inferno per
multiplicationē ſuffragiorū qd eſt falſum. Itē pre-
ſuppoſita opi. glo. ꝙ ſcdm ſuffragiū tolleret tantam
penā in ꝓportione poſſet ſeq ꝙ ita alleuiaretur pena
ꝑ multa ſuffragia multiplicata ꝙ quaſi nō ſentiretur.
qd etiā ſonat in abſurdū cū dānati in inferno debe
ant cruciari ꝑpetuo igne. iō tenēt cōiter doc. ꝙ me-
diocriter mali dicūtur illi q deceſſerūt cū multis venia-
libus ⁊ ſic ſūt in purgatorio. mediocriter boni q de
ceſſerūt cū paucis venialib⁹. vñ ſuffragia ꝓ medio-
criter malis ſūt ꝓpitiatiōes. ſ. qꝛ de⁹ ꝓpitiatur eis ad
mitigationē pene. nā in purgatorio ē magna pena
Et dicit Aug⁹. ꝙ eſt maior qlibet pena quā hō poſ
ſet pati in hoc ſeculo. vt ē tex. in. c. qlis. xxv. di. Sꝫ ꝓ
mediocriter bonis ſuffragia ſūt expiatiōes qꝛ cum
deceſſerūt cū paucis venialib⁹ ex tota pena expiatur ⁊
purgatur ex ſuffragijs eccl'ie. ⁊ vide Archi. in. d. c. tē
pus. cui nullo modo placꝫ ꝙ idē ſint mediocriter bo
ni ⁊ mediocriter mali. qꝛ ſequeretur abſurdū ꝙ idē ſit
bonus ⁊ malus cōtra. c. ſi eni. de pe. di. ij. Habes ergo
ex ꝑdictis ad qd ꝓſunt ſuffragia vbi nulla ē redem
ptio defunctis. ⁊ colligendo nūc in ſūma cōclude ꝙ
ꝓ valdē bonis q ſūt in paradiſo pñt hēre tres effect⁹
prim⁹ vt ſint gratiarūactiones qꝛ eccl'ia refert gras
deo de merito collato illi defuncto. ſcdo vt magis ille
ſanctus glorificetur in terris. terti⁹ vt augmentetur glo
ria apud deū tenendo illā opi. ꝙ glia bonorū poſſit
augmētari vſqꝫ ad diē iudicij. ⁊ q ad iſtos tres effe-
ctus poſſum⁹ orare ꝓ ſanctis. Pro valde malis ſuf
fragia ſūt cōſolatiōes viuorū dūtaxat. Pro medio-
criter bonis ſūt expiatōes qꝛ ex toto liberāt a pena
purgatorij. ꝓ mediocriter malis ſūt ꝓpitiationes
qꝛ pena purgatorij mitigatur nō tamē ex toto aufer-
tur ſicut in primo caſu rōne ꝑdicta. ¶ Sꝫ extra gl.
qro ad māꝫ. c. cū hic dicatur ꝙ i calice debeat poni de
vino ⁊ de aq. Quid ſi ſacerdos ꝑ obliuionē omiſit
aquā vel econtra omiſit vinū ⁊ miſit aquā. Inno. hic
⁊ cōiter doct. dicūt ꝙ ſi fuit appoſitū ſolū vinū ſecu-
tis verbis tranſubſtantiationis ⁊ ibi ē verū ſacrm.
ſed nō perfectū. ſ. quo ad ſignificatuꝫ qꝛ aq ſignifi-
cat ꝑplm ⁊ ſic erit ibi xps ſine eccl'ia nec hꝫ ſignifica-
re virtutē vnitatis ⁊ charitatis ſed ſacrm erit verū. qꝛ
ꝑncipaliter fit ad repñentandū paſſionē xpi ex cui⁹
latere exiuit ſanguis ⁊ aq. vñ ſatis ē ꝙ ibi ſit ſanguis
xpi ⁊ ex concomitantia neceſſario erit ibi integrūꝫ
corpus xpi. vt. ſ. dixi. ſed ſi fuerit poſita aq ſine vino
ſentiūt doc. ꝙ ibi nō ſit verū ſacrm. ⁊ pōt eē rō qꝛ nō
ē ibi aliquid qd repñtet xpm. vnde eſſet ibi eccleſia
ſine chriſto. vnde conſulunt ꝙ ſi ſacerdos depͤhen
dat errorem ſtatim anteqꝫ ſumat illā aquā debꝫ po
nere vinum ⁊ iterum dicere verba canonis. ⁊ vide
latius de hoc hic per Jo. an.

## De homine.

Grauius peccat q ſi
mulat cōficere ⁊ nō
cōficit qꝫ ille qui cōficit in mortali. primo po
nitur queſtio. ſcdo ſol. ibi cū ergo. ¶ Nota primo ꝙ
eorū que dicuntur in miſſa quedā ſunt de ſolennitate
ſeu de circūſtantijs. quedā ſūt de ſubſtātia cōſecra-
tionis. illa eni ſunt ſolū d ſubſtātia conſecrationis
q dicuntur i ſecreto ⁊ tpe quo eleuatur euchariſtia ⁊ ca-
lix. q verba habentur. ſ. co. cuꝫ marthe. alia vero nō
ſunt de ſubſtātia neqꝫ ꝑ illa fit ꝯſecratio ſed ſacerdos
orat ꝓ populo. de quo vide bo. tex. de ꝯſe. di. ij. c.
panis. ſic videm⁹ in iudicio. nā quedam ſunt d ſub
ſtantia. quedam de ſolennitate. vt no. ij. q. j. i ſūma
⁊ ꝑ Bar. in. l. platā. C. de ſen. ¶ No. ſcdo ꝙ vbi ꝑ-
termittuntur illa verba canonis quib⁹ fit tranſubſtā-
tiatio remanēt in altari panis ⁊ vinū dūtaxat.

Itē nota ꝙ exiſtens in peccato mortali ⁊ celebrans nō dicit͛ offendere populum ſ͛ ſolū deum. Ex quo infertur ꝙ exiſtens in peccato mortali vere conficit corpus xp̄i licet ip̄e grauiter peccat. ad hoc .i.q.i.c. multi. non tñ ita ꝓdeſt populo malus ſacerdos ſicut bonus qꝛ licet vterq; vere ꝯficiat tñ citius exaudit͛ bonus preſbyter dū orat ꝓ populo ꝗ̄ malus. vt in c. ipſi ſacerdotes .i.q.i. ⁊ .iij.q.vij.c. in grauibus.

Nota plus delinquere illū qui ꝯmittit plura peccata ꝗ̄ illū qui cōmittit pauciora. ſ͛ hoc intellige niſi pauciora ſint grauiora. vt in .c. mouet. xxij.q.i. In glo. in verbo verū. ibi alio autē reſpectu. ⁊c. aduerte glo. hic intrat aliū articulū quis magis peccet. an delinquēs occulte an publice ⁊ non bene explicat. ⁊ vide de hoc glo. xxxij.q.iiij.c. nemo. ⁊ .lxxxi. di. clericus ſolus. ⁊ p Bar. in .l.ij. C. de ſum. trini. ⁊ diſtingue ſic poſt eū ꝙ aut querit͛ de cā delicti aut de effectu. ſi de cauſa q̄ eſt dolus ſeu animus delinquētis tunc aut cōſtat de dolo ⁊ nō ē differentia int͛ clam ⁊ palam. nam ex quātitate cōtemptus de⁹ punit peccatū. vt no. in .c. cū quidā. de iureiur. ⁊ in .c. hō chriſtianus. xl. di. aut dubitat͛ de aīo delinquētis. ⁊ tunc in his q̄ ſunt de genere ꝓhibitoꝝ ſemꝑ p̄ſumitur dolus. vt in .c.i. de p̄ſump. ⁊ in .l.i. C. ō ſic. In his vero q̄ ſunt de genere ꝑmiſſoꝝ in ſpecie tamē ſunt ꝓhibita vt cōtrahere mr̄imoniū ⁊ tunc aut quis deliquit palā ⁊ p̄ſumit͛ errare ⁊ nō ꝯtemnere. aut occulte ⁊ p̄ſumit͛ dolus. l. fi. ff. de ritu nup. ⁊ .l. pupillus. de admi. tuto. Secūdo caſu cū querit͛ de effectu delicti magis delinquit qui peccat publice ꝓpter malū exemplū qḋ p̄ſtat primo. ⁊ ſic loquit͛ c. p̄cipue. xj.q.iij. Uel dic ꝑ alia v̄ba cōcludendo p̄miſſa ꝙ reſpectu illati magis peccat delinquēs palam ſed reſpectu inferētis ꝯſiderat͛ animus. Et ex iſtis ſoluit͛ queſtio quidā ꝓfeſſus quādā religionē exiuit ordinē ⁊ duxit vxorē. inquiſitor heretice prauitatis volebat cōtra eū ꝓcedere vt ſuſpectū de hereſi querit͛ nūquid poſſit. Ex predictis dicit Bar. ꝙ aut ille cōtraxit palam ⁊ p̄ſumit͛ errare in fide. et ſic poteſt ꝓcedere ꝯtra eū. aut clādeſtine ⁊ nō preſumit͛ errare. ⁊ ſic nō poterit inquiſitor ꝓcedere contra eū qḋ no. qꝛ facit ad multa. In glo. fi. ibi vel notorius fornicator. no. glo. vult enim ꝙ notorius fornicator ſit ſuſpenſus quo ad ſe ⁊ alios ⁊ ſic ꝙ alij peccent eū audiendo. Tu vero vide qḋ dixi i.c. veſtra. de coha. cle. ⁊ mulie. Sentit etiā iſta glo. ꝙ alit͛ notorius crimino ſus nō ē ſuſpenſus quo ad alios

Et in fi. glo. no. ſingulariter hanc vltimā q̄ōnē. ⁊ ex ea collige ꝙ ſacerdos non debet celebrare ſi ſciat ſe in peccato eſſe niſi prius cōfiteat͛. nec ſuffic͛ ſola ꝯtritio vel ꝓpoſitū ꝯfitendi ex quo ō p̄nti pōt cōfiteri qḋ multi ſacerdotes male obſeruant. ⁊ p hoc dicit do. An. falſam eē opi. eoꝝ qui dicūt ſufficere ꝯtritionē cū ꝓpoſito ꝯfitendi ſemel in anno. Tu vero circa hunc articulū vide qḋ plene dixi in .c. oīs vtriuſq; ſexus. i. de pe. ⁊ re. ⁊ volens tenere illam opi. poſſet r̄ndere ad iſtū tex. ꝙ loquit͛ de eo q̄ nō ē cōtrit⁹ de peccato ſ͛ ꝑſeuerabat in eo ⁊ ꝗ̄uis crederē illā opi. verā in nō debente celebrare per ea que ſibi dixi tñ in ſacerdote tutū ē tenere illā opi. quam ſentit ibi glo. ⁊ vide glo. in .c. nihil. vij.q.i. q̄nimo. i ſacerdote dubitat͛ nunq̄d poſſit celebrare poſt confeſſionē nō expleta p̄nia ſibi iniuncta. ⁊ deuotius ē vt prius expleat͛ nō tamē neceſſarium eſt dūmodo nō ſit in mora ip̄am explendi. de quo vide bo. gl. in c. de his. l. di. ⁊ per Inno. in .d.c. omnis.

i **Aquadam.** Hic improbat opi. que habet ꝙ in ſacramento altaris aqua ꝯuertat͛ i phlegma ⁊ ꝓbat xp̄m fuiſſe verū deū ⁊ verū hominē ⁊ ꝙ de ip̄ius latere exiuit vera aqua. p̄mo ponit͛ queſtio. ſecūdo ſolutio. ibi nos. ⁊ ibi p̄mo refert duos errores. ſecūdo illos improbat. tertio ibi ꝑ hoc reſpondet principali q̄ōni probans ꝙ de latere chriſti exiuit vera aqua. quarto ibi. cū autē. dicit quare de latere xp̄i exiuit ſanguis ⁊ aqua. Nota p̄mo ꝙ xp̄s fuit verus deus ⁊ verus homo. habuit ergo duas naturas in vno corpore diuinā. ſ. ⁊ humanā. ꝯor. c. cū chriſtus. i. de here. Secūdo no. ꝙ ad eē hominis exigunt͛ principalit͛ duo. ſ. corpus ⁊ anima. altero ergo deficiente nō eſt homo ⁊ ſic cadauer relictum ab aīa nō pōt appellari homo nec aīa ſine cadauere. Itē nota ꝙ chriſtus ē veritas. ⁊ forte ſ͛z Io. an. ob hoc noluit chriſtus reſpondere pilato interroganti quid eſt veritas nolens ſe forte iactare.

Itē nota ibi ſed phlegma. nō eē recedēdū a verbis vbi aliter de mente nō cōſtat. vt in .c. fi. i. de verbo. ſig. Nota ꝙ humores ſunt ſimiles elementi. ⁊ dic ꝙ habent cōformitatē in hoc. nam terra ē frigida ⁊ ſicca. aqua eſt frigida ⁊ humida. ⁊ ignis calidus ⁊ ſiccus. aer calidus ⁊ humidus. melācolia habet naturā p̄mi elementi. ſ. terre. phlegma h̄ȝ naturā aq̄. cholera h̄ȝ naturā ignis. ſanguis h̄ȝ naturā aeris. ⁊ de hoc habes glo. iuris ciuilis in proemio. inſti. licet glo. fi. hoc videatur ignoraſſe.

o **Olentes.** Precipit p̄latis ⁊ clericis in virtute obedientie vt nocturnū officiū ⁊ diurnū ſtudioſe celebrent ⁊ deuote. duo facit. p̄mo ponit clericorū duplicē exceſſū. ſcḋo ꝓhibet ibi. h̄ igit͛. p̄ma ſubdiuiditur in duas ꝑut duo ſūt exceſſus. ſcḋa ibi ſūt ⁊ alij.

No. ꝯ illicitas ⁊ ſup̄fluas cōmeſſationes ⁊ cōfabulatiōes ⁊ maxime ſerotinas cuȝ nil p̄cioſi⁹ ſit tp̄e ⁊ nil vilius a multis reputat͛. Itē no. ꝙ officiū ē celebrandū ſtudioſe ⁊ deuote. ⁊ dic ſtudioſe q̄ ad officiū orl qꝛ ſi ſyncopādo vl̄ aliq̄d omittēdo dicēdū ē Syncopa ē enī figura q̄ de medio tollit. vt no. in .c. for⁹. i. de v̄. ſig. deuote v̄o refert͛ ad officiū cordis. xxiij. di. c. pſalmiſta. tractat h̄ Inno. ꝙ ſi clerici vel laici intereſſentes diuinis officijs nō itelligāt ea q̄ ibi dicūt͛ nihilomin⁹ merent͛ dūmodo habeant cor deuotū ad deū ⁊ intendūt officijs quātum in eis eſt. Scḋo q̄rit nūq̄d peccēt clerici cogitādo ſup aliq̄ bono ſp̄ūali vl̄ tp̄ali dū dicūt offm̄. ⁊ dic ꝙ ſi nc̄citas cogitādi nō capit dilatiōeȝ excuſat͛ a pctō. alr̄s icurrūt pctm̄ nō tñ mortale. qꝛ ſ͛m Boetiū cor hominis vagum eſt ⁊ mobilius omni mobili. vñ nullus eſt ita fortis q̄n patiatur varias cogitatiōes. Querit h̄ etiā Inno. quid ſi clericus ex aliqua legitima cā nō occurrit in principio vel in fine officij nunq̄d tenea

tur illud reaſſumere dicit ꝙ nõ niſi maximã partē
omiſerit quaſi ſuppleatur defectus ꝑ alios. cautum
tamẽ eẽt in ſilentio reaſſumere. Ultimo queriť
nunquid cõfabulantes in diuinis officijs vel non
dicẽtes officiũ ſtudioſe ⁊ deuote peccẽt mortaliter.
Jo. an. ponit tres opi. Prima ꝙ ſic. pro hoc tex. ibi
penitus inhibemus diſtricte ꝑcipientes. ⁊c. veniũt
ġ cõtra preceptũ iſtius. c. ⁊ ꝑ cõſequẽs incurrũt pec
catũ mortale. xiij. q. j. qđ ꝑcipiť. ⁊ in. c. ij. de ma. ⁊
obe. Scđa opi. ꝙ nõ peccãt mortaliter ſed venia
liter qꝛ dicere eſt in ꝑcepto alia vero ſuadenť. ⁊ pro
hoc facit tex. dum dicit quãtum eis deꝰ dederit. ⁊c.
Tertia opi. ꝙ ex indeuotione obliganť ad penam
ſed nõ ad culpam. nam hic tex. ꝑcipit ſub pena ſu-
ſpenſionis. i. ꝙ cõfabulantes ⁊ indeuote celebran-
tes debent ſuſpendi ab officio. ſatis crederẽ quãti-
tatem reatus conſiderandũ ex qualitate ⁊ quãtita-
te cõtemptus ⁊ negligentie.

r **Ane.** Eucharistia debet munde ſerua
ri ⁊ in eius eleuatione ⁊ delatio
ne populus debet ſe inclinare. ⁊ cũ deferť
ad infirmũ debet ferri in decenti habitu ⁊ cũ lumie
tranſgreſſores vero grauiter ſũt puniendi. ſecũda
ibi ſacerdos. tertia ibi. quã. quarto ibi. prelati.
Nota primo ꝙ ex incuria ⁊ negligentia ſacerdotuꝫ
in diuinis deus ſepe ꝓuocať ⁊ exardeſcit cõtra ho-
mines. fac. vj. q. j. ex merito plebis. Secũdo no-
ta ꝙ in eccl'ijs parochialibꝰ ſemꝑ eucharistia debet
ſeruari in aliquo mũdo ⁊ ſingulari ⁊ ſignato loco.
⁊ dic ſingulari. i. vbi nihil aliud ſit. ⁊ dic ſignato qꝛ
debet ſeruari ſub fidelibus clauibꝰ ne iſti incanta-
tores ⁊ malefici ſubtrahere poſſent illud vt in. c. j. đ
cuſto. eucha. ⁊ cõſeruať corpus xpi in eccl'ia vt poſ
ſit infirmis ſuccurri. Tertio no. ibi doceat plebẽ
ꝙ officiũ ſacerdotis parochialis eſt predicare ⁊ po
pulũ docere. vnde ꝑdicatio ẽ officiũ cure. vt no. gl.
in cle. j. de regula. vnde fratres iſti mẽdicãtes non
de iure ſed ex priuilegio predicãt. vt in cle. dudum.
de ſepul. Nota ꝙ corpus xpi debet deferri ad in
firmũ ꝑ ſacerdotẽ in decenti habitu. vtputa ſuppel
litio vel etiã in cappa rotunda cum ſtola. facit. c. cle-
rici. de vita ⁊ hone. cleri. Nota ibi ferat ⁊ deferat
ꝙ ſacerdos deferens eucharistiã ad infirmũ nõ de
bet redire ſine eucharistia. vnde debet ire munituſ
pluribus eucharistijs ita vt ſemꝑ redeat cũ eucha-
riſtia. ⁊ ſi propter multitudinẽ infirmoꝝ oporteret
oẽs eucharistias diſtribuere nõ debet redire cũ lu-
mine nec in apparatu ne populꝰ ex ignorantia ado
ret tabernaculũ. Nota quare corpꝰ xpi eleuať ⁊
deferť cũ lumine. fit eni nõ ad fugandũ tenebras ſꝫ
ad deſignandũ ꝙ ipſe eſt candor lucis eterne. Que
ro quid eſt dicere eucharistia ⁊ vnde đr. So. eucha
riſtia ſumiť ꝓ hoſtia cõſecrata. ⁊ đr ab eu qđ eſt bo-
nũ ⁊ charis qđ eſt gratia. quaſi bona gr͞a. ⁊ dꝫ ſcri-
bi ſine. h. qꝛ heu cũ h eſt interiectio dolẽtis. de quo
vide tex. j. q. j. multi. Ulterius queriť nunquid
fugiẽs ad corpus xpi gaudeat imunitate ꝗ gaudet
fugiẽs ad eccl'iaꝫ. de qua. j. de imu. eccl'. per totum.
Uin. ⁊ Gof. dicebãt ꝙ nõ aſſumẽtes rõnem gl. xiij.
q. ij. c. ſi. vbi dicit gl. ꝙ aſſumẽs corpus xpi nõ gau-
det imunitate eccl'iaſtica qꝛ ẽ cibus aie ⁊ nõ corpis.
videmꝰ eni ꝙ dãnati ad mortẽ aſſumũt corpus xpi
⁊ tñ ꝓpter hoc nõ eripiunť a manibꝰ officialiũ. ſed
illa glo. loquiť de aſſumẽte ⁊ nõ de fugiente ad cor
pus xpi. quare dicit Hoſti. tutius ⁊ deuotius eẽ di
cere ꝙ fugiens ad corpus xpi gaudeat imunitate.
Moueť principaliter qꝛ corpus chriſti eſt longe di
gnius ꝗ ſit eccl'ia materialis. Itẽ qꝛ ipa eccl'ia habꝫ
hoc priuilegiũ propter ipm xpm. fortius ġ ipm cor
pus dꝫ hac imunitate gaudẽ. Itẽ ſi ex ſtatuto dñi tẽ
poralis gaudẽt hoc ꝑuilegio. inſti. de his qui ſunt
ſui vel alie. iu. §. hoc tpe. facit. l. pñti. C. de his ꝗ ad
eccle. cõfu. fortius debat hoc habere verũ corpꝰ xpi
cũ longe grauius ſit offendere ꝑpetuã ꝗ tẽporaleꝫ
maieſtatẽ. j. de here. vergentis. nec ob. ꝙ eſt cibus
aie. qꝛ etiã ꝓdeſt corpi. nec ob. gl. preallę. qꝛ alia eſt
rõ in ſumente alia in fugiente. nã ſumẽs reperitur
captiuus. ideo captiuꝰ ꝑmittiť ſed fugiens eſt in li
bertate. iđ debet ob reuerentiã corporis xpi in liber
tate cõſeruari ⁊ nota hanc cõcluſionẽ. Ex cuius de
ciſione põt notari ꝙ priuilegiũ extendiť ad caſum
nõ expreſſum qñ ex mente priuilegiantis põt ille ca
ſus cõprehendi. facit qđ no. glo. de milite celeſti. in
l. miles. ff. de re iudi. nã priuilegia cõceſſa militibꝰ
ſecularibus cõgruentia clericis extendimꝰ ad cleri
cos. vt ibi ⁊ dixi in. c. j. de cleri. egro. In gl. j. i ſi.
vide plures alias rões cõformes hic ꝑ Jo. an. in
hoc tñ nõ eſt vis dũmodo deuote oreť. ⁊ ꝗſqꝫ debet
orare ſm ſtatum ſuum in quo eſt.

c **Um creatura.** In cõuentua
libus eccleſijs
cõuentualiter celebrande ſũt miſſe de feſto
vel feria ⁊ ꝓ defunctorũ anniuerſario. vel clarꝰ ſic.
In eccleſijs collegiatis debent celebrare due miſſe
collegialiter vna ꝓ defunctis alia ſm occurrentiaꝫ
diei vt ꝓ feſto ſi feſtũ occurrit vel ꝓ feria ſi feria. pri
mo ponit mandatũ. ſecũdo ꝑmittit caſum genera
lẽ. ibi mãdamꝰ. Nota primo ꝙ creatura non põt
ſufficiẽter regratiari creatori ſuo. hinc diſputatur
apud ꝑhos an filꝰ poſſit recõpenſare pr͞i beneficia
ab eo recepta. recepit eni filꝰ a pr͞e eẽ doctrinã ⁊ ali
mẽta. vltima duo bñficia põt filꝰ pr͞i recõpenſare ſꝫ
eẽ ſibi dare nõ põt illũ tñ põt in eẽ ſuũ conſeruare.
Itẽ allegať iſte tex. ꝙ recipiẽs ab aliꝗ bñficium eſt
illi naturaliter obligatꝰ. ad hoc tex. in. l. ſꝫ ⁊ ſi. §. con
ſuluit. ff. de peti. here. ⁊. ꝭ. de teſta. c. cũ in officijs.
vbi bo. tex. Itẽ nota ibi mandamus. ꝙ clerici ec
cleſie collegiate peccãt ñ dicẽdo ſolẽniter duas miſ
ſas i die cũ i ꝗlibet miſſa orandũ ẽ etiã ꝓ defunctis
vt i. c. pe. de ꝯſe. di. j. Itẽ no. ꝙ miſſa defunctorũ
ꝑferť miſſe de feria. nã miſſa defunctoꝝ nõ omittiť
propter feſtum ſed miſſa de feria ſic vt hic.

t **E referente.** In die cene domi
ni eps in ſua eccle
ſia tñ miſſam celebrare dꝫ ⁊ chriſma confi-
cere. ponit mandatũ cuius premittit cauſam gene
ralem. ibi fraternitati. ⁊ pone caſum vt in glo. ſi.
Nota ꝙ ex maioritate dignitatis nõ licet plures
miſſas i die celebrare. ⁊ ſic ſiue ſit eps ſiue archieps
ſiue patriarcha non decet niſi vnam miſſam in die

celebꝛare. ¶ Itē no. ꝙ archiepꝯ tenet̃ reſidere ī ecceleſia ſua ⁊ ibidē diebus oꝛdinatis pſonaliter celebꝛare. ad hoc. c. peruenit. vij. q. j. ⁊ alibi dicit tex. ꝙ ceſſante cauſa legitima nō debet epus in die dñico abeſſe ab eccleſia ſua. de cōſe. di. iij. c. epꝯ. ¶ Op. cōtra tex. nam ex cā vt puta ꝓpter pegrinos ſuperuenientes licitū eſt ſacerdoti etiā ſimplici plures in die miſſas celebꝛare. vt no. in. c. cōſuluiſti. ſ̄. co. ergo foꝛtius hic debebat licere iſti epo. So. dicit hoſti. ꝙ hic erāt multi alij ſacerdotes qui poterant ſatiſfacere peregrinis. ⁊ iſtud fit ī reuerentiā chꝛiſmatis vt ſolū illo die epꝯ celebꝛet vnā miſſam licet hoc iure nō ꝓhibeat̃. tñ ſeruando hoc dictū hoſti. dicit ꝙ ſiqꝯ haberet duos epatus ita vicinos vt in vtraqꝫ eccleſia poſſet celebꝛare ⁊ chꝛiſma cōficere debet alternatis annis ibidem hoc officiū exercere ⁊ nō duas miſſas celebꝛare.

**P Erniciosus.** In ſacrificio altaris plus de vino q̃ꝫ de aqua ponendū ē. pꝛimo ponit abuſū quē ſecūdo repꝛobat. tertio fieri ꝓhibet. ſcđa ibi. cū tertia ibi. ideo. ¶ Nota pꝛimo ꝙ in ſacrificijs ⁊ ſacramentis debet attendi generalis eccleſie ꝯſuetudo q̃uis in iure ſpecifice nō caueat̃. multa enim obſeruant̃ ab ecclia generali de quibꝰ nō reperit̃ aliqua ſcriptura. ⁊ credendū eſt ꝙ ab ipſo xp̄o vel ab apl̄is vel ſanctis patribꝰ illa obſeruātia emanauit. ⁊ vide bo. tex. in. c. eccliaſticarū. xj. di. ¶ Secundo nota ꝙ in facto cōcernēte totam ꝓuinciam vt ī mala cōſuetudine habet archiepꝯ iuriſditionem etiā in ſubditos ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ. vnde po. eſt eos cōpellere ad deſiſtendū a praua ꝯſuetudine. pro hᷣ vide Inno. in. c. ex frequētibꝰ. de inſti. ⁊ bo. glo. ix. q. iij. in ſumma. ⁊ tenet hic Io. an. ⁊ ſatis bene facit iſte tex. ⁊. c. ex frequētibus. qđ tene menti. Pōt etiā ꝓbari alia rōne. nā ꝯſuetudo nō poteſt eē nō notoria ſed in notoꝛijs maleficijs archiepꝯ ſupplet negligentiā epoꝛum. vt. c. j. §. notoꝛia. de cenſi. li. vj. ¶ Ultimo nota in ſacrificijs plus ponēdū eſſe de vino q̃ꝫ de aqua. Ex quo infert̃ ꝙ ſine aqua nō debet celebꝛari. vt. j. c. pxi. Itē infert̃ cōtra illos qui ſolū ponūt aque guttam. nā debet poni de aqua lꝫ plꝰ de vino. nā dictio plus refert̃ ad modicā quātitatē vt in. l. hec adiectio. ff. de ꝟb. ſig. ¶ In gl. j. ibi alia rō poſſet aſſignari. melioꝛē rōnem vide ꝑ Inno. in c. cū marthe. ſ̄. c. ⁊ facit ibi tex. naꝫ vinum denotat xp̄m. q꜡ tranſubſtantiat̃ in ſanguinē. aqua populum denotat. vñ ſicut populus trāſit in xp̄m ꝑ vnionē charitatis ita debet apponi in tanta quantitate vt tranſeat in vinū ita ꝙ aſſumat illius ſapoꝛem vt clarius eluceſcat ſacramentū. vl̄ dic clarius ꝙ aqua ⁊ ſanguis exiuerūt de latere xp̄i. vt in. c. in quadaꝫ in fi. ſ̄. co. ⁊ credendū eſt ꝙ plus exiuit de ſanguine q̃ꝫ de aqua q꜡ exitus ſanguinis ē magis naturalis Itē ⁊ tertio nō legit̃ ꝙ in cōfectione huiꝰ ſacramēti xp̄s appoſuit de aqua. ⁊ ex his oībus fuit inducta cōſuetudo ecclie generalis vt plus apponeret̃ đ vino q̃ꝫ de aqua.

**L Itteras.** Ab officio ⁊ beneficio deponit̃ pꝛeſbꝛ qui ſine aq̄ ⁊ igne vel in pane fermētato vel vaſe ligneo ſacrificat. pꝛimo ponit duos exceſſus pſbyteroꝝ. ſcđo alios duos ibi. intellecto. ¶ No. quattuoꝛ delicta depoſitione digna. vt ſi quis celebꝛat in pane fermentato. ſ. illo quo quotidie vtimur. debet enim panis azimus eē vt ſtatim dicetur cum glo. vel ſi celebꝛat in ligneo cypho. Iteꝫ ſine aqua ⁊ ſine lumine ⁊ ſic nota nō eē celebꝛandū ſine lumine. ⁊ habuiſti rōeꝫ ſ̄. co. ſane. An autē oīa hec delicta debeāt cōcurrere ad depoſitionē an ſufficiat alterū tm̄. docto. hic nō expꝛimūt ſatis credere ꝓcedendū ſm̄ qualitatē loci ⁊ cōtemptū pſbyteri. Item cōſiderandū an aſſumpſerit illud in cōſuetudinē. regula eni ē ꝙ pro delicto enoꝛmi pōt fieri depoſitio. vt in. c. tue. ⁊ qđ ibi dixi. j. de penis. ¶ Secūdo no. ꝙ inquiſitio pōt iterari ex noua infamia. ¶ Iteꝫ nota ⁊ tene menti ꝙ ad depoſitionē pꝛeſbyteri non ſemꝑ requirit̃ dolus ſed ſufficit qñqꝫ nimia diſſipientia vt craſſa ſeu ſupina ignoꝛātia. ⁊ habes hic tex. valde not. ꝙ ſupina ignoꝛātia eq̄parat̃ dolo ad depoſitionē faciēdā qđ tene menti. ¶ Ultimo notabis ⁊ tenebis etiam menti. q꜡ melius ꝓbatur hic q̃ꝫ alibi ꝙ vbi de crimine clerici cōſtat ꝑ ipſius cōfeſſionē apponit̃ pena oꝛdinaria. Nō ob. ꝙ ſit ꝓceſſum ꝑ viā inquiſitiōis qđ videt̃ ſingularit̃ limitare. c. qualiter ⁊ qñ. ij. de accuſa. vbi patet ꝙ de iure canonico in ꝓceſſu inquiſitionis nō imponit̃ pena oꝛdinaria vt depoſitio ab oꝛdine vel alia grauis. ⁊ facit pro dicto Inno. ibi q̄ videtur hoc tenere licet loquat̃ per alia verba. all. tex. huic cōcoꝛdantē in. c. ij. de cōfeſ. Et videt̃ ꝯtra illam regulā qua cauet̃ mitiꝰ agendū cum cōfeſſo q̃ꝫ cum conuicto. xij. q. j. non dicatis. ⁊ in. c. nolo. ſed intellige iſtuꝫ tex. ꝓut glo. no. in. c. de hoc. j. de ſimo. ⁊ vide eūdē Inn. in ꝑ c. inquiſitionē. de elec. ¶ In glo. ij. in fi. habet̃ de hac materia etiā in. c. ij. de cōſe. di. ij. Et docto. hic cōiter ⁊ theologi tenent contrarium. ſ. vt tranſubſtantiatio fiat etiam in pane fermētato licet latini ſic celebꝛantes grauit̃ peccent ⁊ ſint puniendi. de quo vide ꝑ Tho. in tertia parte ſūme. q. lxxiij. arti. iiij. Et ibi inter cetera ponit duas rōnes quare celebꝛandū ſit in pane azimo et nō in pane fermētato. pꝛima q꜡ chꝛiſtus inſtituit hᷣ ſacramētū pꝛima die azimoꝝ. Matth. xxvij. c. quo die nil fermētatū erat in domibus iudeoꝝ. ⁊ ſic pꝛeſumēdū ē ꝙ chꝛiſtus in pane azimo inſtituerit hoc ſacramentum. ſecūda rō quia melius conuenit deuotioni fideliū ⁊ ſinceritati huiꝰ ſacramēti vt fiat in azimo ⁊ nō ī fermētato. nā vix p̄t fermētatꝰ rūpi qn̄ aliq̄ mica cadat. Itē fac̄ illud apl̄i ī epl̄a ad Coꝛint. nō in fermēto veteri ſed in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis. tñ vt dixi etiā in fermētato fieret trāſubſtantiatio. ar. ī iſto tex. vbi pſuppõit̃ ꝙ iſte celebꝛabat ⁊ ſacrificabat. Per hāc eādē rōnē infert̃ ꝙ etiā ſine aq̄ ſit veꝝ ſacꝛm̄ lꝫ nō ꝑfectū q̄ ad ſignificatū q꜡ nō pōt ſignificare vnionē inter xp̄m ⁊ eccliam cum aq̄ ſignificet populū. vt in. c. cū marthe. ⁊ ibi dixi. ſ̄. c. ¶ In glo. in. ꝟ. ligneo. in fi. no. glo. ⁊ dic ꝙ non debet eē calix de ligno. q꜡ lignū abſoꝛbet vinum ⁊ ſic abſoꝛberet ſanguinē qđ eſt indecens. nō debet eē de vitro ꝓpter periculum fractionis. nō de auricalco ſeu ere pꝛopter rubiginem. naꝫ pꝛouocat ad vomitum. vt in glo. debet ergo calix eē aureus vl̄ ar-

genteus.⁊ ꝑpter paupertatē pōt tolerari vt ſit ſtagneus.vt in.c.vt calix.de conſe.di.j.⁊c.

## De baptiſmo ⁊ eius effectu Rubrica.

Viſo de ſacramento euchariſtie quo nihil in ſacrificijs maius eē poteſt.⁊c.de cōſe.di.ij.nihil.merito ſubijcitur de baptiſmo qđ eſt ſacramentū valde neceſſariū ſine quo nemo pōt ſaluari.j.e.maiores.de cōſe.di.iiij.c.firmiſſime.tractatˀ etiā de effectu huius ſacramēti.⁊ ideo in rubrica ſubijcitˀ ⁊ eiꝰ effectu.ꝑducit enī tres effectus.nā remittitˀ culpa.item vitatur dānationis periculum ⁊ aperitˀ regnū celeſte.vt.j.eo.c.maiores.vbi latius dicam.⁊ vide glo.de cōſe.di.iiij.c.ij. Super hac rubrica querit Inno.in quo cōſiſtit hoc ſacramentū baptiſmi.⁊ in hoc reperiuntˀ tres opi.Quidā dicunt in ipſa aqua ⁊ ſic ſi aīal brutū biberet de aqua cōſecrata q̄ eſt in fonte viderˀ ꝙ biberet ſacramētū.de quo vide gl.j.q.c.j.detrahe. Secūda opi.ꝙ ipſa intinctio ſeu ablutio eſt ſacramētū ⁊ nō aqua in qua quidē intinctione duo reperiuntˀ.ſ.actio ex pte baptizantis ⁊ paſſio ex pte baptizati.vnde ipa intinctio ſeu ablutio quatenus eſt paſſio ē ſacramētū baptiſmi ⁊ hanc opi.tenet magiſter ſentētiarum. Tertia opi.ꝙ character ipſe qui imprimitˀ aīe baptizate eſt ſacramentū.ipe vero Inno.dicit ꝙ ſicut in euchariſtia reperiuntˀ tria.vt in.c.cum marthe.§.ti.pri.ita in ſacramēto baptiſmi querū primū eſt ſacramētū tantū ⁊ nō res vt aqua abluens ſeu ipſa ablutio ſcđm ē res ſacramenti tm̄ vt remiſſio culpe ⁊ infuſio gratie.tertiū eſt res ⁊ ſacramentū.vt character qui imprimitˀ in animā baptizati.⁊ eſt character q̄litas que habilitat ſeu diſponit animā ad ſuſcipiendam gratiā dei.de quo plene per Io.an.ſuper rubrica.de ſacra.nō iteran.ipſa ergo aqua verbo dei cōſecrata eſt ꝓprie ſacramētū.Et ex hoc infertˀ ad q̄ōnem.pone ꝙ aliquis baptizetˀ in flumine nūqđ tota aqua fluminis ſit ſacramentum.Inno.ꝙ non ſed ſolum illa que tetigit baptizatū.⁊ idē dicūt quidam in aqua que eſt in fontibus eccleſie vt ſola illa ſit ſacramētū que tetigit corpus baptizati.vnde ſi i fonte nō fuit aliquis ibi baptizatus nō eſt ſacramētum baptiſmi cū non ſit ibi aliqua aīa in qua poſſit ſacramentū habere ſuū ſignificatū.nam ſacramētū eſt ſacre rei ſignū.j.q.j.multi.Et pro hoc facˀ alia opi.quā glo.ponit i.d.c.detrahe.que dicit ꝙ aqua intingens corpus baptizati imediate incipit eſſe ſacramentū cū ꝓmiſſa forma verborū tangit corpus ⁊ imediate poſtea deſinit eſſe ſacramentū.⁊ ſatis videtur probabilis illa opi.Ex quo infertˀ ꝙ bibens ipſam aquam nō bibit ſacramētū.tu vide bo.text.in.c.ſabbato.de conſe.di.iiij.vbi dicitˀ ꝙ ſi i ſabbato paſcali vel penteco.ſ.quis velit ſumere de aqua fontium ꝑ deuotione ad aſperſionē domꝰ hoc debet facere anteq̄ꝫ infundatˀ chriſma.alioq̄ tamen bibunt de illa aqua nō tamē eſt neceſſariū ſꝫ eccleſia ex deuotione ꝑmittit.vt.ſ.dictū eſt. Vltimo qđ ſit baptiſmus ⁊ vnde dicatˀ ⁊ ꝑ q̄ v̄ba fuerit inſtitutus.⁊ de eius effectu.vide bo.gl.de ꝯſe.di.iiij.c.j.

## De baptiſmo.

Si quis. Precue eſt.vel ſic.Licet puer ſit ter merſus in aqua in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti.ſi nō ſit dictum.Ego te baptizo in noīe patris.⁊c.nō eſt baptizatus. Nota primo iuncta gl.fi.ꝙ vbi aliq̄ v̄ba ſunt de ſubſtātia vl̄ forma ſubſtātiali alicuiꝰ actꝰ omiſſio alicꝰ v̄bi vitiat totū actū ſicˀ pꝫ hic in omiſſione illoꝝ verboꝝ.ego te baptizo ⁊c.ſecus eſt vbi omitterētˀ aliqua verba que nō ſūt de ſubſtantia ſed de ſolēnitate.vtputa ſi preſbyter omitteret cathecīſmū vel ſalis impoſitionē vl̄ vnctionē quā facit in pectore ⁊ in fronte. Ex quo enī in aqua eū baptizauit baptizatus eſt puer.ſicut videmus ꝙ faciunt aliq̄n mulieres q̄n infans eſt in periculo mortis.nam eū baptizant ſimplicitˀ ⁊ omittūt alia v̄ba que ſūt de ſolennitate baptiſmi.ꝑ hoc de cōſe.di.iiij.in.c.mulieres.nec debꝫ reiterari baptiſmus.dic tū ꝙ ſi poſtea infās ſuꝑuixerit debēt ſuppleri ꝑ ſacerdotē ea que fuerunt omiſſa vt cathecīſmus ⁊ vnctiones ⁊ ſilia.pro hoc qđ no.hic glo.fi.⁊ expreſſius hic abbas.Et ex his tangendo qđlibet verbū huius.c.infero ad q̄ōnem q̄s poſſit baptizare.nā tex.hic dicit ſiq̄s.qđ verbū ē maſculini generis.dic tu ꝙ ꝓprie h̄ officiū ptinet ad ſacerdotē.vn̄ de nc̄citate etiā inſtāte diaconꝰ baptizare nō dꝫ.de ꝯſe.di.iiij.c.cōſtat cū duobꝰ ſe.tū ſi de facto aliꝰ nō preſbr̄ baptizat tenet baptiſmꝰ ſiue baptizās ſit laicus ſiue maſculꝰ ſiue femia.vt i.c.j.i fi.de ſum.tri.⁊ in.d.c.mulieres.tū grauitˀ peccāt nō ſacerdotes vt dixi.vſurpātes ſibi h̄ officiū ceſſante nc̄citate.ꝑ h̄.j.q.j.in.c.qđ quidam.nec dꝫ vt dixi reiterari baptiſmꝰ ex q̄ illa forma ſubſtantialis de q̄ hic fuit obſeruata.ſꝫ potuerūt ſuppleri ſolēnitates omiſſe vt ꝓ dixi.Ex his dic ꝙ iſtud v̄bū ſiq̄s cōphendit etiā femininū.nā maſculinū ꝯcipit femininū.l.ſi ita.ff.de leg.ij.⁊.xvij.q.iiij.ſiq̄s ſuadēte.iūcto.c.mulieres.de ſen.ex. Scđo q̄ro ibi puer.qđ in puella dic ꝙ idē.nā baptiſmꝰ ē generalis ⁊ ꝯpetit tā feminis q̄ꝫ maſculis tā adultis q̄ꝫ pueris.vt.j.e.maiores.Tertio q̄ro ibi ter imerſerit.nūqđ ſit dē nc̄citate vt baptizandus ter imergatˀ in aq̄.Inno.hic dicˀ notabilitˀ ꝙ licet in verbis ſit tradita certa ⁊ ſubſtantialis forma vt hic nō tū i ſcđo.ſola enī intinctio ē de ſb̄a.vnđ ſufficit ꝙ baptizās effundat aquā ſuꝑ baptizando quātūcūq̄ꝫ modicā.nā q̄nq̄ꝫ poſſet ꝯtingere proptˀ debilitatē baptizandi ⁊ grauitatē baptizandi ꝙ non poſſet illū ſuſtētare manibꝰ ⁊ imergere ter i aq̄.Dicˀ tū hoſti.tutū eē vt i verbis vel in facī obſeruetˀ cōſuetudo loci.⁊ vide tu bo.tex.in.c.de trina.de conſe.di.iiij.vbi dr̄ ꝙ loci cōſuetudo obſeruari pt̄ licite ſiue fiat imerſio trina ſiue vnica.⁊ ibi videas ſignificatū. Quarto q̄ro ibi i aq̄.qđ ſi fieret i alio elemēto.vt i vino vl̄ alio liq̄re.dic ꝙ nō eſſet baptiſmꝰ q꞉ elemētū aq̄ eſt de ſub̄a baptiſmi.vt i.c.nō vt apponeres.j.e.ibi innuit aſꝑſione ſalis.nā xp̄s mandauit in aqua baptizari.⁊ ita fuit ipe baptizatus.⁊ forte ad hoc deſignandū exiuit aq̄ de ipſius latere in paſſione eius.vt in.c.in quadam.§.ꝺ.tit.primo.